# THEODORI PRISCIANI ARCHIATRI AD TIMOTHEUM FRATREM, ...

Theodorus Priscianus, Sigmund Gelen

# THEODORI PRISCIANI ARCHIATRI ad Timotheum fratrem,

| | |
|---|---|
| Phænomenon Euporiston | LIBER I |
| Logicus | LIBER II |
| Gynæcea ad Saluinam | LIBER III |

Opus nunc primum æditum.




BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
M. D. XXXII
Cum Cæsareo priuilegio ad annos sex.

# MAGNIFICO DOMINO D. LAMPERTO MACRINO, CHRIstiatiss. Gallorum regis à consilijs, Sigismundus Gelenius

S. D.



SOLENNE hoc uidemus medicis Vir Clarissime, cum apud celebrē quampiam hominum frequentiam, artis suæ captant opinionem, ut se alicui è magnatib. insinuare curent, cuius præiudicium alijs mortalibus incorruptū ac graue habeatur, rati se hoc pacto citra negocium eam assecuturos. Eodem consilio nunc ad D. T. mittitur THEODORVS hic PRISCIANVS, priscus sane autor, & quē ex stili puritate ac elegantia ante linguam latinam collapsam apparet hoc uniuersæ medicæ praxeos compendium prodidisse: sperans se apud hominem egregie literatum, studiorumq; omnium liberalium singularem patronum, existimationem suo seculo in aula Cæsarea, cuius primatum medicum fuisse Archiatri titulus indicat, plurimis artis experimentis paratam, facile tueri posse: atq; ita clariss. tui nominis auspicijs, non modo tutò, sed & cum magna gratia per studiosorum manus uolitaturum. Haud enim aliud nomen occurrebat, apud duas nationes, Gallicam & Germanicam,

nicam, quarum commoditati præ cæteris hęc officina desudat, ex æquo gratiosum. Et opinor mihi ius esse dedicandi eius operis, quod ex quatuor exemplaribus iam hic iam illic mutilis, membratim ferè ceu Hippolyti cadauer, pari cura ac labore contuli: & primario medicorum quam potui medicinā attuli. Nec laboris pœnitet, quod hanc tam docti operis æditionem eruditis & gratam & in primis frugiferam futuram multa mihi pollicentur. Quod uero heroi tanto inscripserim homo ignotus, audaciam meam ut inscripti autoris præcellentia excuset, fore confido, per quem D. T. me quoq; cōmendari cum spero, tum etiam atq; etiam oro, Vale. Basileæ,

Calendis Decembris

M. D. XXXI

THEODORVS PRISCIANVS TIMOTH. S.



VPER me collegæ Olympij exhortatione prouocatum, nonnullos confecisse medicinæ præsentaneę libellos uel mediocris fama retinet, sed Græco stilo, quoniã medendi industriam sermone claro hæc natio publicauit. In his igitur uoluminibus non studium uanæ gloriæ neq; eloquentiæ posui, sed laborem: quippe quæ fragilitas humani corporis remedia flagitaret, celeribus beneficijs natura consentiente composui, non omnis enim ualitudo medendi patitur tarditatẽ. Quapropter frater carissime, quæ in patui nostri corporis salute procoranda constituendaq; obueniant opis naturæ remedia, nunc in tuam gratiam nostro sermone digessi, non sine lucro famæ ut arbitror: effectum enim in utroq; genere opus tam plures habebit testes quàm iudites.

INDEX CAPITVM LIB. PRIMI

# THEODORI PRISCIANI

ARCHIATRI AD TIMOTHEVM FRA trẽlib.I. qui & Phænomenon Euporiston



I medicinam minus eruditi & rustici homines naturæ tantum conscientia, non tantum philosophi occupassent, leuioribus ægritudinum incommodis uexaremur, quod fieri possit ut cum aut contrarium sit quid aut salubre aut incõmodum, huiusq; artis repugnãtes diuersiq; professores sententias suas singuli seruare contentur, iactetur æger magna tempestate, morituro collegij caterua cõcurrat. Tunc nos nõ periculi ratio possidet, nec communis naturæ conditio cõuenit: sed tanquã in Tempico agone, alius eloquentia, alius disputando, alius adstruendo, distribuendo alius, inanem gloriam captat. Interea dum hi inter se luctantur, atq; æger fit satis propior, nõne uidetur natura ipsa rerum hæc dicere: O frustra ingratum mortalium genus, occiditur æger non moritur: & mihi fragilitas imputatẽ. Sunt tristes morbi, sed dedi remedia: latent in fluctibus uenena, sed plura germinant salutis officia. Absit hæc nescio quæ perturbatrix disputatio, atq; iste loquacitatis uanus amor. Hæc ego saluti mortalium remedia non dedi, sed magnas seminũ ac

frugum

frugum herbarumq́ potestates. & quid homines genui ? His dictis nónne tibi frater amãtissime error noster sit clarior? qui ad ægros certandi studio instructuosa uerba adferimus. Hinc est ergo q ego huiuscemodi opus adgressus sum, ut facilibus potius naturalibusq́ remedijs, & quæ disputatione careant, medicinam salubrius ordinarem: hoc est euporistis, succo tritiri, farina hordei, herbis uel metallis, & similibus cæteris, in quibus manifesta remedia natura signauit. Neq; enĩ cum ægrotus adficitur adeundus est mox Pontus, aut interiora Arabiæ solicitanda sunt, ob storacem uel castoreum, uel reliquas fruges quas orbis longinquus peculiares habet. Ideo medicinã etiam in uilib. herbis patens natura disposuit, ut nullo uel loco uel tẽpore medendi desit officiũ, cum tutum possit esse remedium. Hoc igitur uolumine bonam hominis ualitudinẽ expeditis, ut dicunt, & rusticis curationibus formatam in uulgus exposui, in quo gratior est ęgris medicina cum celeritas famulatur officij. Quare erit nobis de capite tanquam ex arce ad reliquam curam corporis descendendum, in quo quãto pretiosior est sanitas, tanto est molestior ægritudo. Si quis igitur in sene & quãtulæcunq; scientiæ hanc simplicem curationis uiam inlaboratamq́ miratur, nouerit me in utroq; genere facere quàm dicere potius elegisse.

De inse-

## DE INFECTIONIB. CAPILLORVM II

DEnigratio capillorum. spumæ argenti, terræ cimoliæ, calcis uiuę, semuncias singulas tritas cum aqua identidem conteri facies usque in pinguedinem mellis, & capillos linies. Linimentum uero cum siccare cœperit, loca fricando discuties, & lauabis ex posca in qua terram cimoliam cōmiscueris. ne aurē ustionem procures, frequenter cum lauare cœperis loca oleo roseo irrigabis. Aliud. Ferri purgationem & rasuram plumbi uncias senas in sextarijs tribus aceti uiscidi coque, ut ad medietatem coctura perueniat. de hac coctione frequēter loca lauabis. oleo ne cōtingas. Aliud. Ciconiarum oua in uas plumbeū agitabis ex ære. hoc capillos unge. si inlinimēta siccauerint. ex aqua in qua hæc cocta fuerint, tepida lauabis. Capparis radicem confrangis, & lacte asinæ tribus diebus infundis. Postea uero coquis molli uapore usq; in mediā partem: frequenter loca confricabis. Aliud. Fungos arboris nucis combures sicut carbo fiat: postea uero teres mixto oleo quali uolueris. & ita est unguentum diuturnum, ut ulterius albi non nascantur. Aliud. Betarum rubrarum cum radicibus suis libram unam teres cum ammoniaci salis unc. II. & admiscebis oleo cedrino unc. III. ut confectio siccare non possit: & uteris. Flauos uero capillos sic facies. Lupinos amaros in aqua per dies XV. infundes, & post eos ex hac aqua in bal-

neis caput assiduè lauabis. Aliud. Alumen quo infectores utuntur cum aqua conteres, & capillos ex hoc infundes, quod per mane facies diebus tribus: postea lauabis ubi nitrum resolueris. Sanè si tibi multum rubrum usum fuerit, ex ea aqua lauabis in qua cimoliã terram resolueris. Si candidare autem uelis, hirundinum stercore cum felle taurino contrito loca cõtinges frequẽtius: sed hæc superflue nos in hoc ordinasse certissimum est: cæterum albi prohibendi potius quàm procurãdi. Sanè si crispare delectas, asphodeli radices in uino teres, & ex hoc capillos frequenter inlinies.

### DE CAPILLIS CADENTIBVS III

INstruam etiam & adiutoria de capillis cadẽtibus, qui aut longa ægritudine, aut nimietate uaporis cadentes, ante senilẽ ætatem nuditate capilli fœdare consueuerunt. Ordinamus itaq; cõfectionis genus, quo non solum cadentes contineri possint, sed etiam forte qui ceciderint reparari. Accipies quãplurimas apes, in uas fictile clausas incendes: & postea cum oleo conteres & caput linies: sanè solicitus ne frontem tangas & tumores emergẽtes, licet falso timore terrearis. Aliud. Melantium & suberis carbones contusos teres & cribellabis, & cum aqua commixto caput inlinies, hoc & alios renasci faciet, quammaxime si supercilium hoc modo curare uelis. Aliud. Ladanum cum uino teri facies, & oleum myrteum miscebis, & uteris ut pinguissimo linimento

mento. Aliud. Nuces uirides immaturas quassatas in oleo gremiali infundes in aluminis humecti tertiã partem, & in uase fictili nouo repones diebus XL. & post uteris unguento probato. Aliud. Nigræ myrti foliorum unciam, gallarum quassatarum duas, similiter in oleo infundes ut supra. hoc etiã scabiei siccę utile est, quàm Græci petrasin appellauere. Aliud. Herbam peristereon cum radicibus suis siccã teres, cribellabis & oleo commiscebis & uteris. De experimentis aliud. Adeps ursinus cum ladano & adianto subactus inlitusq; capillos effluere non patietur. Nam & sandaraca cum aceto contrita hoc idem facit. Aliud. Capita muscarum cum melle contrita par beneficium faciunt in continendo capillos. Si uero uis ut capilli etiam post combustionem exeant, folia fici sicca tundes & cribellabis, & ex eo puluere loca confricabis. *

* aut myrtus, aut tubus, aut asparagi radix, aut salicis folia, coqui debent, & lenticula cocta & cum melle contrita curare consueuit, ante tamen lauanda sucen betarum mixtis fœnigræci pollinibus. Aliud. Pini corticis combusti cinis mixtis cerotario & oleo roseo adhibetur. sic & cadmia, sic & cerussa, sic & spuma argenti adhibetur in balneis, cum certũ sit tamen cauendam esse aceti adhibitionem: unde magis uino ea omnia medicamenta temperata erunt. Item nitrum combustum uino stiptico extingues, & contritũ in balneis

b 2 adhibebis

adbibebis. Similiter & myrobalanum. oleo ne contingas. Aliud ab Apollonio probatum esse cognouimus. Olei rosei uel myrtei unc. IIII. mittes in mortario plumbeo: accipies etiam pistillũ eiusdem metalli, & teres quamdiu oleum & pinguescat & nigrum fiat. Item in alio mortario cuiuslibet metalli mittes spumæ argenti libram unam, tantundem etiam cerusæ, & eorum puluerem cõteres oleo supradicto: & omnes areas ubi fuerint linimento curabis: ante tamen suco betarum lauabis. Hoc medicamentum & papulis ubique, & in pudendis rhagadijs uel condylomatibus, quæ loca semper pro loci natura acrioribus medicamintibus commouentur, satis prodest. apud aliquos hoc genus medicamenti ficotice appellatur. Aliud tutarum. Spumæ argenti unc. VII. rutæ uiridis foliorũ unc. V. olei myrtei unc. VIII. aceti libram unam: miscebis omnia contrita diligenter, & loca fricando curabis. prius suco betarũ similiter ut superius loca lauanda erunt. Aliud. Cerusæ unc. III. sulfuris uiui unc. IIII. suco solutas commiscebis, & simili modo uteris. Non solum hoc capiti, sed quoquo loco emergentibus exanthematibus prodest, Apollonij iudicio comprobatum.

DE ALOPECIOSIS VII

Contingit hęc in capite duplex passio cadentium capillorum, ut aliquando defectu quodã cadant & nudando partes capitis turpent: & aliquãdo ut eorum

rum ulcerum horridus plecunq; uisus occurrat. Ergo defectus ut prius diximus, cum cõtigere caluicium faciunt. Fœditas illa uero uulpini ulceris exhibet similitudinem, ut etiã serpentis aliquando squamosi superficiem mentiatur. utrunq; genus passionis, fœditatem exhibet capillorum. Sanè hæc passio comparanda est fructibus ex malis fucis terræ nascentibus, qui se tales adferunt, ut esse poterit qualitas nutrimenti. forte steri lis terra cum fuerit, fructus cum raritate progenerat: si uero humor corruptus fuerit, fruges degeneres. Ad hanc ergo formam etiam in capillorũ uitijs debemus aduertere, positio qualis fuerit interior eius, talẽ in eo melioratum. Est ergo utrisq; accidentibus uitijs manifestum, esse res qualis origo nascẽdi; unde simili iuuari curatione debebunt, licet diuersa cognomina sortitæ sint sui accidentium qualitate: ut alopecia cognomentum uulpium, ophiasis à serpentũ squamis cognomen tum habuerit. Hæc tamen huius passionis distantia quæ præfertur, ex humorũ colore originem causarum adtestatur, ut aliquando alba, aliquando rubra, aliquando etiam nigræ uideatur propior. Et spatoli pur gatione purgari debebit. Nã suadeo prius totius corporis curam diligentius decernendam, quod ulterius acerbi & corrupti humoris supernatatio per inferiora deposita à capitis hactenus inquietudine deuocetur. Sit itaq; si de phlegmate causa uel origo prouenerit,

 capiti

capiti phlegmatismi adhibendi tales. Pyretrum & staphida agriā cum granis æquis ponderibus mixta contusa adhibeas: aut sal cum pulegio, contrita similiter, & cum oximelle mixta, ore diutius teneantur. Ergo quoniā singula accidētia proptrꝫ suis purgationibus liberantur, superaddo purgationis genus quod in commune sine alterius humoris præiudicio operetur, quod omne corpus diuersis humoribus infestatum releuare possit. Coloquintidos interioris unc. I. olei unc. II. scamonię unc. II. misce sucū absinthꝫ: omnibus cōtritis rū sucu cydoneorū catapotia cōficimus, quæ pro qualitate corporis causarum adhibeo. accipi autē debebunt si breuia in modum lentis, aut V I I. aut IX. aut certe X I. si causa nos aut uetusta aut maior exiget, rum aqua calida competenti. intermissis etiam curam dabo quæ post ordinabitur. Post beneficia itaqꝫ harum purgationū quæ toto corpori prodesse plus poterunt, etiam particulis hæc sunt adiutoria socianda. Euphorbium tritū cum oleo pro linimento adhibeamus: aut oleum laurinum solum: aut nasturcꝫ semen cum oleo: aut sulfur uiuum rum nitro cōbusto æquis ponderibus cum aceto. aut erucæ semen cum oleo aut ursinis adipibus tantummodo confricetur. Similiter etiam alcyonium combustū cum aceto uel cedria operabitur. hoc etiam murum fimus rum aceto: hoc amigdala amara, hoc cepæ tritæ cū oleo: hoc raphani cortex cum melle contrita

trita facit. Nam etiam ferri purgatio cum aceto: sic ordeum combustum cum murum fimo & aceto curare potest. omnes confectiones quæ mediocriter calefacere possint, mediocribus & delicationbus corporibus adhibendæ sunt. prius attamen loca linteolo usq; ad ruborem ante curam confricanda erunt mediocriter, ne uulnerentur: quæ uulnerabuntur oleo roseo uel adipibus anserinis curanda sunt.

DE AVRIVM CVRATIONE VIII

Aurium dolor ex uarijs semper incommodis excitatur. nam & frigus, & lauacrum importunum, & quassatio eiusdem cauernæ uel sordium conspissatio, aut altiores cauernæ tactus, aut per longam ægritudinẽ cum humor uinosus illuc adgregatus fuerit, æque molestiã auribus facit. Si de frigore ergo auribus causatio uel dolor emerserit, in oleo cepas coqui facies, & tepidum infunde, aut piper tritum cum oleo: similiter rutatum, sic etiam laurinum curat. Si de humore balneatum aures fuerint interclusæ, oleum tepidum infundo, & lana post molli eundem humorem detergeo. nam & ceparũ sucum cũ anserinis adipibus mixtũ similiter immitto: sic & oui albore rũ lacte muliebri frequentius utor Si uero etiam dolor innatus fuerit, in nardino oleo solo eum adhibebo. castoreum cum lacte muliebri similiter utile est. interea aũr spongia mollis uapores aquæ habeat, Similiter & post lu-

tum

tum infundo: & galbanum in oleu similiter. Ventus uero si intercluserit, aphronitris in aceto resolutis excluditur. Hoc & dracōteæ herbæ sucus, & centauriæ facit. Si souare aures cœperint, oxirhodino tepido curandæ erunt. Si autem hisdem ex ægritudine sonitus obuenerit, ex aqua primo uaporabis aures in qua absinthium ponticum coques, & continuo oxirhodino infundes, aut raphanorū suco cum oleo, aut elleboro nigro: uel puluerem cum aceto, aut solum acetum tepidum, aut cum melle cōmixtum: aut porri succum cum lacte muliebri & oleo roseo: aut amigdala amara cum aceto & oleo. & cepe & allium cum adipibus anserinis profuit. par etiam bouis & porci fel infusum remedium procurauit. Si uulueratæ aures fuerint, glaucium cum aceto contritum infundes: si tamen dolor non maior fuerit uel humor: nam ferri purgatio cū aceto trita sic iuuat. Si audire tardius cœperint, quod difficile nouimus posse purgari, puluerem nim mastici contritum mumisce, & massando caput purgabis: prius tamen procurationem uentris procurabimus. auribus uero absinthij & betarum decoctam suppone. aliquādo nitrum in posca resolutū infundimus: aut bouis uel tauri, aut caprarum seu porcorū fel cum oleo roseo uel laurino, uel raphanorū sucus similiter tepefactus profuit. Quibus uermes innati fuerint, bouis carnes in carbonibus superpono, & humorem exhinc manantem auribus tepidum frequenter infundo.

De pa-

DE PAROTIDIS IX

TVmores repentinos sub auribus innatos paroti/das uocamus, quas aliquando ex ægritudine, ali/quando etiam spontaneas apparuisse cognouimus: quas frequẽter per initia molli tantũ spongia in poscu ha infusa compescuimus, easdem assidue humectãdo. Quæ uero ex ægritudine emergũt, æque p̃ initia cucurbita mediocri imposita ad superficiẽ prouocãdæ sunt. Si uero cum grauiore augmento minaces accesserint, tunc neq; cucurbitæ neq; similia adiutoria, quæ ex altitudine aliquid euocare possint, adhibenda sunt. Frequenter etenim ex doloris nimietate febres & uigiliæ procuratæ, elimatis uiribus uitæ periculum adtulerũt. Paregoriis uero hisdem adiutoriis sic morigerãdum erit, ut ex pane mundo infuso & cum oleo contrito cataplasmentur, quod frequentius immutari debet. Similiter etiam & de tritici pollinibus faciendum est. sic & de ordei, superadditis tamen porcorum adipibus. sic hyoscyamũ tritũ cum butyro sæpe profuit. Si his adhibitis quæ mitigare consuerũt, locis maturatis sanies apparuerit manifesta, quod ille ait, Continuo culpam ferro compesce. post uero reseratis causis, uulneribus solenni diligentia seruiemus. sed ut tamen hisdem curis euocatas extenuãtibus, quammaxime etiam nunc medicinæ incumbat industria: frequentibus etiam fomentationibus, ut doloris illius penitus inquietudo

quiescat. Sunt adiutoria euocatoria hæc, quæ post doloris impetus adhibenda sunt. Arnoglossos contrita cum salibus, aut lapathi radices in uino decoctæ, & rutæ folia uiridis trita, mixta cum cerotario ex oleo roseo tẽpetato: & sulphur uiuũ cum cimoliæ æquis ponderibus cũ axungia. sic fici pingues in muria decoctæ & rõtritæ similiter causas latentes euocauere. Quibus uero per saniem digestionẽ uolumus procurari, post fomentum aquarum chalasticacum ex seminibus lini seminis, fœnigræci, e uisco & hordei pollinibus ex melicrato factum cataplasma adhibearous. Sunt namq; adiutoria quæ & euocare & in maturitatem cogere parotidas uel apostemata ualeãt, hæc: hordei farina cum melicrato, aliquando etiam cum aqua marina & oleo roseo aut cyprino temperata: & fici similiter pingues, in muria uel in aqua marina decoctæ & contritæ imponuntur: & betæ coctæ in aqua contritæ similiter operantur: & agrestis radix sic melicrato cocta & contrita adhibetur. Aliud experimentum. Rutam, opium, teres sub æquis ponderibus, & fico siccę contusum sub duplo ponderis immiscebis, mellis quippiam adijciendo: & operabitur ut apostemata ex interioribus in maturitatem facilius prouocẽtur. Aliud. Capparis corticem in aqua elixa, & cum uino rommisce, ut cataplasma facias. Aliud. Ireos illyricæ puluerem cum hordei farina in melicrato coques, & uteris. Aliud. Guttam

cam ammoniaci teres, & similiter cum farina hordei in aqua cocta adhibebis. hoc & alumen scissum contusum cum hordei farina similiter faciet.

DE FERBVNCVLIS VBIQVE NASCENT. X

SVlfur uiuum tunsum cum resina terebintina miscebis, & linteolo inductum impones: aut uuam passam enucleatam & mediam quantitatem salis immiscebis & teres similiter. hoc facilius adipes caprini uel bubuli colati efficiunt. origanum uero myrra & sales simul tunsi commixti cum aqua continuo in maturitatem adducunt. nam & caricæ contusæ cum resina similiter. Cum uero his adiutorijs adhibitis collectiones maturatæ aut coactæ eruperint, aut à medicis fuerint patefactæ, ulceribus medebere his medicamentis quę medicorum solenniter edocuit consuetudo. sin uero magna ui reumatis superueniente soluere non potueris ferbūculos uel parotidas, & callositate permanente chœradas fecerit duriores, tūc chœradis his alia dispositione pro sui difficultate curam & operam propensius adhibeamus.

De Chœradis, De Reumate collecto XI

PRæcūtib. catholicis adiutorijs, quæ & capitis reuma cōstringere, & corpus reliquū catharticis purgare possint, sic easdē curare cōsueuimus. Chœradas inq̄, quas frequēt᷑ in collo uel sub mēto uel sub axillis nasci nouimus, hac cura uisitamus, qua duricias indi-

gestibiles soluere ualeamus. Lenticulam coctam in aceto tritam, imponentes perseueremus. utamut etiam caprificus in aqua decoctas & contritas. Similiter hoc etiam & lupini in aceto cocti faciunt. hoc modo fici folia in aqua cocta & trita sicut cataplasma operabũtur.* hoc asphodeli radices in uino decoctæ. Scilla quoq; sic cõtrita in uicem cataplasmatis imponatur: quatuor diebus permanens continuis, duritiam soluit. Et eius puluis & cymini cum aceto conteritur, & similiter operatur. Immaturis uero & in tarda duritia permanentibus, strichni uiridis folia, porcinos aut bubulos adipes, tutã æque uiridẽ, simul omnia cõtundi & misceri suadeo, ut in linteo locis maturandis adhibeãtur. hoc etiam sordes de parietibus palæstræ collectæ, in panno inductæ faciunt. hoc calcis flos cerotario mixtus facit. hoc lapis molaris tunsus & cribellatus & resinæ cõmixtus facit. Similiter puluis ammoniaci & mannæ thuris cum resina commixtus terebintina saniem maturius prouocabit. sic sandaracæ puluerem cum adipibus miscẽtes adhibeamus. aut calcem uiuam cum adipibus similiter. quod si tibi emplastrum uisum fuerit, oleum cõpetenter misceamus, ut temperare bene possit. hoc puluis etiã pumicis facit. nam & asphodeli radices coctæ uel crudæ cũ ordei polline ut cataplasma adhibendæ erunt, aut hyoscyami folia cum oximelle. corrumpẽtur interea faciliusue putrefient chœrades,

si allium

si allium tritum cum cataplasmate seminibus mixtum coquas, & perseuerare permittas diebus continuis quinq; hoc de expertis habemus, aut si ex chamæleontis herbæ radicibus tunsis puluerem locis aspergas, aut betas coctas & cum oleo tritas imponas. Aliqui etiam unctionibus perseuerantes, chœrades frequentius fugauere. Leporem piscem in oleo infunde ut ibidem putrefiat. ex quo oleo scrophas cum frequentius inunxeris, minotatæ penitus curabūtur. Et cineres aut uitium aut fici cum oleo miscentes unxere; & ferri uel æraminis purgamenta contrita cum oleo, Ignoranti escam dabis lacertos uirides coctos. amputato caput & pedes. Nam similiter & stercus bubulum aut asini combustum & cum oleo similiter mixtum cōmodius adhibetur. & origani puluis contritus cum aceto facit hoc. hysopi optimi uel absinthij uel centauriæ uel abrotani uel camomillæ, aut singulæ aut certe cōiunctæ cum aceto perficiunt. Iuuat sanè, ut superius memoraui, ad hæc implenda etiā totius corporis purgatorium catholicum beneficium, & ciborum continentia, & potiones iuuant: exercitatio quoq; & lauacrorum diligentia, & uomicus uel purgationes, capillorum releuatio, sanguis de naribus prouocatus. hęc omnia cautius obseruata chœradas duras & difficiles & in cuta positas frequentius curauere.

libanum aut libanum aptum contra graues commo-
tiones adhibeamus, præmundatis interea oculis mol-
li & tepido penicillo à pituitis ægri tunc oculis inhæ-
rentibus. Iuuat hunc ciborum & uini quam maxime
continentia. sanè si capilli nimium onerosi fuerint, de-
tondendus est, ut sub maiori beneficio cucurbitarum
adhibitarum sanguinis detractione facilius liberetur.
æstibus namque perturbationes oculorũ etiã decoctio
rosarum sola curat calida. curat etiã gargarismatium
per initia adhibendum tale. origani in acero decocti.
Cum autem declinantibus doloribus quidam tumor
circa interiorem angulum appatuerit, quem yppium
dicimus, hoc modo reprimendũ erit. posca frigida per
initia frequenter infrigidetur, post uero pollinibus hor
dei in oximelle coctis cataplasmetur. similiter etiam &
de lenticulæ pollinibus fiat. flos tritus æris in lotio in-
tæstis pueri septem dies, postquam siccauerit, ex oleo
puluere melle mixto loco impositus competens bene-
ficium præstat. nam & caseus recens tritus impositus
sæpe illum tumorem oppressit: & absinthij herbæ pul
uis cum cerotario hoc idem facit. sic & mora pingui lo
co primo foueamus. sic etiã cyclaminũ cum uua passa
commixtum & contritum curat: & bulbi candidi cum
melle contritum similiter operatur. sic raphanorũ cor-
tex cum uua passa medetur. sic erucæ folia cũ felle por-
cino. sic fici pingues in muria coctæ sæpe profuere. Ad

repentinas

repentinas autem ſanguineas maculas oculis inhæren tes, flores uel ſemẽ hyſopi herbæ in lympido linteolo cõligabis, & in aqua calida infundes, & agitãdo exuca bis: qui ſucus ueluti ſanguineus fit, ex quo infundẽdo illas ſanguineas maculas depurgamus, poſtea thure maſculo & alphitis æquis ponderibus carbonibus im poſitis fumigãdi ſunt. Si uero cædis percuſſus hãc ma culam ſanguineam cum dolore procuret, his columbi matri ſubducti repentinus ſanguis infuſus prodeſt, quammaxime ſi de pinnis mollioribus prouocetur: & oui liquor tepidus infundendus eſt. & ſi in eundẽ oui humorem lana infuſa, ſuperimponatur. hoc puluis ro ſatum facit uel ſeminis eius cum alphitis, ſi cum uino conteratur & ſimiliter adhibeatur. his etiam ex eu phorbio fumigium ſatis prodeſt, ſi in hiſdẽ fumus pa tentibus oculis hauriatur. Si oculi reumandi auerint, quod grauiſſimũ eſt tedium oculorum, his uini & cæte rium parcitas indicenda eſt. uentris purgatio frequen ter fiat. & poſca frigida oculos foueant, & æris flore in eadem poſca reſoluto. odores acres & potentes effugi ant. lucernarum uel ſolis claritudinem uitent. fumi uel pulueris declinent cõmotiones. in noctem uero aqua frigida uel uino infuſas lanas ſuperimponant, molli faſciola continendas. Si his adhibitis reuma cum do lore perſeuerauerit, phlebotomandi ſunt. ciborum uel potus cõtinentia cuſtodiẽda erit, ſitre enim omnibus

reumati

reumatidiantibus satis prodest. circa frontē uero pampinorum uiridia folia frequenter imponantur & immutentur. Similiter & de rubi folijs. nam & sucus eorum frequenter fronti illinitus profuit, & sampsuci folia & cydoneorum & portulacæ: nam cōtritus impositus sæpe oculos liberauit. Et panis mundus uino infusus, & cum oleo roseo contritus impositus par beneficium præstitit. Omnium specierum supradictarū generaliter quæ oculis reumatidiantibus ordinata sunt, cū uino & alphitis semper in cataplasmate profuere, & decoctiones earum quibus sæpe oculi fomentandi sunt. Sanè si calidum senserint reumatismum, & caulium folijs & alphitis cum aqua cataplasmandi sunt, sic de ocimo, sic de sampsuco, sic de agresti papauere: sic cicutę, sic pulicaris uel apiorum uel strichni. Si enim siccitas palpebrarum emerserit, linteolum mundū butyro infusum superimponito. aliqui uero humorē procurātes, lachrymas aut fumo aut terrore uel plagis extorquendas esse crediderunt. Sanè si in prima oculi tunica sanguinea nimium ueluti caro apparuerit, quam hæmosin appellamus, hoc adiutorio curatur: Muscas quamplurimas cum oui uitello conterimus, & in linteolo mundo superimponimus: licet etiam collirijs uarijs & competētibus sæpe curati sunt. Verniosos quos nos petigines dicimus, & aspericate uicij simili laborātes sic curare consueuimus. Allium accipimus, in cuius

d incardio

incardin uasa spatomeles occulto, & postquam ex eo humorem uel sucum rapuerit, inungimus ex eo pruritus & supradicta uitia depurgamus. Aliud. Grana tritici in lamina ferri calida impono, & similiter ex suco qui manauerit inunguo cum uino cōmixto. & æris flos tritus cum melle permundauit. & ex uiui muris sanguine inungendo, felisue, albas maculas permundauit. Glaucos uero oculos denigrare si uolueris, sic facies. gallarum puluere tinges simul cum aqua bene trito, similiter uteris & leporis felle: cum melle glaucos oculos reuocat in naturam. Si hordeoli in palpebris nascentur, hordei decoctione calida oculos fomentabis, & post cera liquefacta locum tanges. Et si muscarum capitibus locum confrices, hoc idem facies. prætermissum fuerat item aliud. erungium campanū unc. IIII. guttam ammoniaci unc. II. gummi unc. I. aqua pluuiali trita supradicta commiscebis, & teres ut collirium facias. capillos uero contrarios sic nasci non permittes, si his euulsis loca sanguine cimicis tāgas. & sanguisugarum combustarū cinis locis adpositus eodem modo curauit. & chamæleontis herbæ folia sicca trita in puluerem, & cōmixta sanguine ranarum uiridium, post euulsionem pilorū pro collirio inunguimus. Staphilomata uero, quorum in modū uuæ crepantis pro tis tunicæ humor quidam erumpit, sic curabis. Alumen scissum teri facies diligenter, & adipes anserinos admisce

admiſce, & uteris pro collirio. nam & melli commixti adipes ſupradicta ſtaphilomata repriment diligēter, & ſoli adipes bene colati ita ſufficient.

### DE NARIVM MORBIS XIII

OZænis & polypis uno codemq́ modo eſt cura adhibenda, conſtringendo ſicut prius detonſis capitis reumatiſmū, & poſt raſuram emplaſtrum dialteon, aut barbarā inducendo. nā & de cocleis hoc ſimile eſt adiutoriū, accipias cocleas minutas albas numero ducentas: tritis immiſcebis myrræ & thuris maſculi uncias ſingulas, & pro cataplaſmate raſo capite impones diebus. IX. continuis permanſurum. Naribus uero ſpecialiter ſic medeberis: ſucum nepitæ herbæ quam Græci calaminthen uocant, frequenter inferas: aut eiuſdem ſiccatæ & contuſæ puluerem per cannulam exuflato, aut barbatraciæ herbæ ſucum cum melle cōmixtum, & ſucus roſarum coctus uſq; ad pinguedinem ita prodeſt. ſic iris illyricæ puluis ex æquo cum melle cōmixtus. ſic gallarum & myrræ puluis ſimiliter cum melle contritus adhibetur. polypis itaq; imminentibus æris florem & ſinopida ex æquo combures, & ex eo puluere loca ſanabis. & cornu ceruini combuſti puluis cum ſandaraca ſimiliter aſpergendus eſt. ſic brioniæ radices combuſtæ. ſic auripigmenti puluis cum melle. Ego uero ſæpiſſime ſic è naribus polypos cecidiſſe probaui, puluere ex chalcite, myſi, æris flo

te æqua ponderatione confecto, & locis adbibito per cannulam ſicut ſupra memoraui. fœtori uero narium ſucum hederæ frequẽter infunde, & draconteæ ſucum cum melle ſimiliter.

DE FLVXV SANGVINIS NARIVM XIIII

PRius ſpatomela in extremo molli lana obuoluta glebas ſanguinis è naribus frequentius purgare nos conuenit: poſt lana identidem obturando perclaudere. Aliud, linteolo combuſto & infuſo, aut in acri aceto, aut in ſuco polygoni herbæ aut cimæ porri ſectiui, aut arnoglosſi ſimiliter. Sané ſi his adiutorijs contemptis ſanguinis fluentis moleſtia perſeuerauerit, ſine mora phlebotomãdus erit. Item fimi aſini combuſti puluerẽ cum oleo roſeo mixto, collirio facto, ſupponimus. Eodem modo etiã ſiliquæ mollibus folijs contuſis facta ſimiliter collirıa profuerunt. ſic portulacæ, ſic ſtrichni, ſic terræ alexãdrinæ cum ſucis ſupradictis puluis ſæpe profuit. caput uero eorum ſeminibus frigida humectandũ eſt. circa frontem uero gypſum cum ouo uel lutom figulorum ſimiliter mixtum inlinire debemus. ſic æris flos, ſic myſios uel chalcitis, ſic pini cortex combuſta, ſic fimus aſini ut ſupra ſignificatum eſt operabitur. Si etiam iſtis adhibitis adhuc perſeuerauerit ſanguis illius terræ impatiens, ignita cucurbita, ſi de dextra nare manauerit, dextræ parti præcordiorũ eſt admouenda: ſi è ſiniſtra, ſiniſtræ. Si uero de utriſq; na-

ribus

ribus, utrisq; uiscenbus cucurbitas adplicabo. Aliqui uero fasciolis lineis naturam & testes eorum alligãdo mollius constrinxerunt. Si in fœminis, femora ligauere, in quibus physicis præsens beneficium meruerunt.

## DE LABIIS CREPANTIBVS XV

GAllæ tunsæ puluerem resinæ terebintinæ limpidæ admiscebis, & ut emplastro uteris: aut hysopo cerotum cum melle aut adipibus capratum colatis tantummodo. Aliud. Sulphur uiuum myrrã & thus masculum ex æquo suco herbæ parietariæ commiscebis, & sic trociscos conficies, quos tum aqua resolues, inlinies melle, terebintina, adipibus anserinis, oleo cofeo, omnibus ex æquo mixtis uteris. Si odor insuauis oris fuerit, posca frigida os frequẽter colluere oportet, & cimoliæ puluere rũ salibus tostatis simul mixtis & cõtusis dentes & uicina loca fricare. Aliud. Hordeum & sales in linteolo collectum combures æqua sub ponderatione, & teres & uteris. Sic pumicem & myrrã teres, & cum melle commiscebis. munda siligo cum iris illyricæ puluere similiter commixta operabitur. aliquotiens hęc etiam cum uino melius cõmiscentur. masticare autem his frequentius cõueniet arboris pini folia molliora, aut anetum, aut lyciridiam, aut herbã quæ fontia appellatur. nam & ceruiti cornũ combusti puluis & fœtorem oris, & dentium semper compescuit imbecillitatem.

## DE DENTIVM CAVSATIONE XVI

DOlores dentium fimus asini siccus & tritus aut dentifricio compescit: mixtus quoq; cum aceto ore diutius remoratus æque profuit. & betarum sucus tepidus similiter operatus est. decoctio cucumeris agrestis radicis similiter. sic etiam lycitidiæ in uino decoctio sine cunctatione dentibus relaxatis & dolentibus profuit. si omnes interea doluerint, cedriam in ore teneant, & cõtinuo mitigantur. si uero molę doluerint, parietariæ radicis sucus in balneis ore contineatur, & statim medetur; & si in aceto eadem radix coquatur, & similiter adhibeatur. nam & piretti radix profuit massata cõtinuo: & aizoi radix in carbonibus posita, adhibita dentes fumigando compescuit: & canis dens combustus similiter profuit. Et si æris florem in oleo tritũ dentibus admoueas, & lac asinæ recens tepidum, utrunq; adiutorium constringit & mitigat continuo. Cui forte putres cauernæ obuenerint, melantium frictum in aceto commixtum hisdem cauernis apponit. & piper tritum galbano & storace commixtum similiter. & si soluto puluere aluminis easdem cauernas adimpleas. hoc & gallarum puluis cum melle cõmixtus facit. Si uero percussus quondam dens uel mola fuerit resoluta, coralli puluerem adponito, & continuo constringitur. Si longo uitio laborantes spontanei cadere uoluerint, piretri uel artemisiæ puluerem cum aceto

commisce

cõmifce, & dentem circumlinies, & ſpontanei exilient: aut ſuco titymali cauernam imple, & ſpõtanei cadent. aut lacerta ſolanea & coccum gnidium runſum in galbano ſimiliter operatᷓ. nam & apophlegmatibus his ſæpiſſime profuit, ſi ſtaphiſagria ad roaſſandũ detur, aut ſi cũ pulegio miſceatur: aut cera cum gallatũ puluere cõtuſatũ. & ſi alliũ aut myrti folia in aceto uiridia coquantᷓ, & in ore cõtineantᷓ: poſtea uero ne uſtio pro ſequatur, oleũ roſeum tepidũ rontineant. & origanum in oleo coque, & ex hoc dẽtes calefacito, & ſaccellus impoſitus calidus ſalibus uel milio fronti adhibitus profuit. Hæc omnia calida ſecundum Hippocratis præceptum dentibus ſæpiſſime profuerũt. nã & dentifricia hæc & ſaluti & ornatui ſemper uicioſis dentibus proſuere, ſalibus melli commixtis & combuſtis & rontritis quippiam myrræ miſcendum eſt, & utimur ut moris eſt. Hoc & maſticis puluis ſolus facit. nam & lanæ ſucidæ pulueri tertiam partem ſalium combuſtorum cõmiſcemus, & utimur ſimiliter. poſt uero uino, in quo irin illyricam decoxeris, os colluere conueniet. & tytymalum in uino decoctum multum proderit: ſi ex hoc bis per menſem tepido colluens dentes, facies cãdidos ſemper & ſine uitio permanere. Gingiuas uero dolentes, cum gargariſmatium adhibueris ex aceto tepido, in quo herbæ mercurialis radicem deroxeris, ſine mora mitigabis.

De uicijs

## DE VICIIS FAVCIVM ET ORIS XVII

Per initia cum commoueri aliquid in faucibus senseris, generaliter omnibus ex decoctione rosarum siccatum, uel colatylorum, aut mixarũ, aut lentis, aut cantabri, uel cæterarum stypticarum mediocriter specierum, conuenit uti tepido gargarismatio, ut etiã mellis quippiam despumati admisceamus. aliquando sanè singulorum, aliquotiens commixtorum. nam & lac ouillum uel caprinũ cum melle iuuat. Similiter etiam rhodomeli, similiter diamoron, quod sic conficere consueuimus, ut ad duas partes suci mororum unam mellis admisceamus. sic etiam aliqui de suco rubi & melle ueluti diamoron confecerunt. alij etiã de cydoniorum suco similiter & de malogranatis sed styptico. alij uero eadem mala quassantes in passo coxerũt & triuerunt. Hæc omnia supradicta non simili specie esse possunt, uirtus attamen una omnibus, idem est & beneficium. Sucos ptisanæ accipiant, & cæteros cibos similes, qui magis sorberi q̃ massari uideantur. Si his adhibitis faucibus adhuc perseuerauerit molestia, aut ulcerari partes attentent, quæ etiam synanchicos minentur efficere, tunc nos fortioribus oportet occurrere cataplasmatibus, partibus è foris uel gutturi adhibitis, ex hordei uel lini seminibus paregoricis, mixto quippiã nitro uel salibus: quo Hippocratis nostri præcepta custodiẽtes sic curemus, ut ab interiorib. euocare solicitudinibus

dinibus tialeamus. Præstant intetra cataplasmatis beneficia etiam fomenta chalastica ex seminibus supradictis & sinapisco confecta. Vlceratio uero si faucibus apparuerit, sic à nobis solicite curãda erit. Fimus canũ albus tritus cum melle & tumores reprimit, & ulcera delicata permundat. & hirundinum combustarum cinis cum melle tritus prodent. Aliud omnibus ulceribus tumentibus & sordidis utilissimum adiutorium multorum ueterum autoritate probatũ hoc est: quod conficitur, si thus masculum, irim illyricam herbam, & aristolochiæ radicem, omnia æquis ponderibus tundas & melli misceas uel melicrato: & sine molestia medetur, aliquotiens pinna molli liniendo, aliquotiens per gargarismatũ: Item anthiram quæ omnibus nota est, irim illyricam, sandaracã, cyperum, ana unc. II, alumen scissum, myrram, crocum, crocomagma ana semuncias singulas in uno omnia contusa & cribellata habebis: & cum necessitas congruerit, aut pulvere, aut cum melle cõmixtis uteris liniendo. nam & musa trociscus omnibus diffatus cum suco rossyriaci & melle uel melicrato adhibendus est nobis. Si uero uua demissior fuerit, & faucibus indignatis reumatidiauerit, gargarismado ex speciebus stipticis confecto tepido, monebis ut ex aqua uel melicrato gargaridiet, ubi dactyli decocti fuerint, aut ros syriacum, aut uitium turiones mollissimi, aut sorba, aut mespila, uel certe gallæ

aut similia uirtutibus cætera. Raucos uero sic corriges. tragacanthum mundum sub lingua teneant, & quod emaduerit glutiant: oua uero recentia incocta frequenter accipiant, aut hac theriaca utantur. crocum, thus masculũ, myrram & tragacãthum ex æquo cum passo commiscentur & teruntur, ut pro eligmario adhibeantur, Ego etiam sucum lycii indiæ ex æquo semper admiscui. In tumore uero posita cum amplius reumandiauerit, sales tritos cum melle adhibeto, & dactylorum ossa, & nuces uirides immaturas cum myrra, & ex his puluerem facias & admisceas similiter aut despumato melli aut melicrato. & alumen humidum in uase fictili coques, sic de puluere radicum caulium cõbustarum, sic etiam de aneti similiter. Et post eo puluere facto uuam siccas, & continuo desiccatur. Si afflatio oris fuerit, quod cautã appellamus, nimia ustione intercedente, rosam siccam cum melle tritam locis impone. & portulacam ex melle similiter infundimus, & massandum damus. & oliuæ folia uiridia in uino decoque, quo tepido freq̃uenter colluendum est. nam auellana cum despumato melle cõtrita pro electario semper adhibendum est, ut oris ustio depurgetur.

DE MINVTIS PAPVLIS IN FACIE ET ubicq; nascentib. quas Ionthus dicimus XVIII

IOnthos appellatur qui in facie quammaxime uelut breuissimus tumor innascitur repentinus, qui humorem

morem aliquando aquatiorem mittit, pruritus & ulcerationes procurat. hic oximeli ex acri aceto & melle æquis ponderibus confecto, frequenti perfricatione curatur. & amigdala amara cum aceto acri contrita similiter operatur. nam & trocisci ex hac confecti, & in aceto resoluti medentur. post uero etiam saponato lauare linimenta conueniet. Si uero ueluti exanthemata, quas scabies dicimus, in facie uel genis ex humorum acredine apparuerint, ederæ agrestis folia cum melle contrita pro linimine adhibenda erũt. aut certe allium cum salibus tritum mixto oleo roseo similiter adhibetur. sic galbanum oleo resolutum. sic fex uini & iris illyrica, utraq; contusa, & cum oleo roseo commixta medetur. & cedria cum cera æqua ponderatione commixta, & adipes anserini similiter cum resina & oleo & melle operantur. Nitrum quoq; cum porcinis adipibus. nam & myrra cum tripla põderatione allij melli mixta & cõmixta continuo præstat. & spuma argenti cum folijs rutæ uiridis & acri aceto commixta similiter scabies totius faciei percurauit. Si uero tumor remanserit post curationem, sales fossiles triti cum aceto adhibentur: aut taurinum gluten cum sinopide & aceto. Si impetigo ex hoc faciem uel cetera membra occupauerit, per initia triticum in lamina calẽti ferri superimposito, & ueluti suco qui emanauerit adhuc tepido loca pinna perungues frequentius. Aliud. Gutta am

moniaca cum aceto contrita pecunge,hoc & mytra ſimiliter facit.ſic gummi & thus maſculum, ſic lapatum contuſum cum ſalibus & aceto reſolutum, cui mannæ thuris admiſcendus eſt puluis & ſimilitet adhibendũ. Aliud. Sulphur uiuum cum aceto & pice commiſce & utere.Si plures innatæ fuerint, aceto tepido primo fomenta: poſtea nitro cum aqua ſoluto. Item de ſupradictis linimentis ſi aut longi temporis fuerit aut agreſtis,plumbi raſuram,ſulphur uiuum,gluten taurinum cum aceto uiſcido coctum & ſolutum unguamus. Aliud. Lilij agreſtis lacrima pecunguo: aut lapati radicis corticem cum aceto cõterimus & cataplaſmata adhibebimus, ante tamen nitri puluere loca defricabo. Aliud. Mali agreſtis ſemen immatutũ colliges & ex hoc ſuccum elicies:quo cum frequenter linieris,& antiquas & agreſtes impetigines curabis. aliqui ex diuerſiſſimis ſpeciebus trociſcos ad maiores has cauſas hoc modo confecerunt:Alcyonium combuſtum ſem unc.1. chamæleontis nigræ radices unc. 1, aſphodeli radices unc.1. ſulſur uiuum,thus maſculum, pirettum, aphronittum,manna,ſem unc.ſingulæ,gluten taurinum unc. 1.omnia cum aceto decoquũtur & fiunt & operantur. cum uero mundatæ fuerint percuratæ, aſini adipibus loca perungue.ita maculis colorẽ reſtitues naturalem. hæc omnia quo fieri poſſint, catbolicis primo purgationibus releuandi ſunt uel iuuandi.

De uſtionibus

## DE VSTIONIBVS CALIDAE VEL ignis. XIX

VStiones antequã phlictidas hoc est uesicas eri-gant, muriam oliuarum frequenter infunde, aut easdem oliuas salsas contritas imponito. Et lactucę tritę cum salibus pro cataplasmate impositę continuo curant. nam & thus masculum cum aqua tritum similiter operatur. & sales cum oleo rosco triti inlinẽtur. & betę elixę cõtritę imponentur. & pollines tritici cum ouis crudis mixus superimponuntur. Sic etiam ederę agrestis folia in uino cocta curant. Si uero post easdẽ ustiones uesiculę fuerint inquietatę myrram cum uino tere & impone, aut calcis uiuę puluerem cum cerotario tempera, & linteolo linitum impones. Si etiam ulcera fuerint, fronti inlitum iuuat. Si pruritus maior palpebrã occupauerit, ut etiam capillos amittant, hos oportet oleo cedrino inunguere, aut ærugine cũ aphronitris & melle contrita, aut asphodeli suco cum passo commixto. nam & amurca diplangio cocta & mixta cum oleo ustionem curat. & mutum fimus, & hircorum cornua, utraq; cõbusta, cum melle eodem modo adhibentur. Si pruritus simpliciter, solis, ex labore, uel pulueris fuerit, aquæ calidæ fomenta sufficient: aut rosarum aut rubi aut lentis decoctionum, aut rosa sicca cum uino trita imponitur: & in noctem oleo simplici loca tangantur. Caliginãtes uero oculos hoc mo-

do curamus, si uulneris quod non interfuerit præiudicium: Herbæ parietariæ sucum bitumini iudaico contrito æquis ponderibus miscentes oculos inunguimus: & perdicū fel similiter. & marrubij sucus cum felle taurino & melle attico æquis ponderibus commixtus ita curat. & ursinū fel cum aquæ dupla mensura similiter purgat. Si hæc sanè obscuritas senectutis magis fuerit q̄ uiciorū oculorū, suco maligranati, melle attico, æqua mensura commixtis uteris, uetustius & melius operabitur, sed si quamplurimo tempore uasculum sub dio facias permanere. hoc etiam scriptoribus & pictoribus sæpe profuit. Etiam uinum optimum uetus, in noctem adhibitum, oculorum aciem reformauit. Aliud. In oleo mundo folia marrubij miscemus, & cum tempore illic maturauerint, proiectis folijs ex illo oleo obscuritates oculorū expellimus. hoc beluæ fel mixtum melli facit. hoc sucus rutæ cū melle similiter facit. nam chelidoniæ sucus & fœniculi, lactucæ quoq; agrestis & mel atticum æqua mensura, caligines, obscuritates, aliquādo etiam suffusiones liberauerunt. & taurinum fel mixtum melli sic profuit. Nyctalopes uero qui per noctem uident & per diem obscuritatem patiuntur, sic curandi sunt. accipies hirci iecur & ferro scabes: humor uero qui ex scissuris emanauerit, oculis duodecies infundendus est. & uicium recorrigetur: aut hoc idem iecur in carbonibus positum exudet: eodem humore

inunguendi

inunguendi erunt. hoc idem iecur coctum etiam inter cibos accipiant comedendum. & columbi sanguis similiter infusus oculos iuuat. & fimi ni recentis sucus ita proderit. alboribus uero oculorum nitrum bene tritum cum oleo infundendum est: aut aneti semen cum aqua tritum similiter. & sucus cucumeris dulcis sic operatur. & raphanotum sucus sic medetur. & gutta amoniaci limpida cum aqua contrita. nam & lactanti suo mater guttam amoniaci massando albos oculos procurat. * & columbocū stercore combusto, contrito, in linteolo adbibito, omnes ulcerationes ex ustione uenientes facilius percurabimus. sic etiam stercus ouium curat incensa, similiter cum cerotario mixtum. & canis ossa capitis incensa aspersa operantur. Sic cocleacum incensarum cinis. liquamine suino, post ustionem frequenter loca usta lauare conueniet. & cancrorum fluminalium incensocum cinis cum oleo curat. sic & tostæ cucurbitæ cinis cum oleo adhibetur. & lenticulæ semicoctæ ex aqua, bene contritæ cataplasma competentius adhibetur.

DE CARBVNCVLIS XX

* His omnibus per initia sub * est specialiter uem locis * ponendum est cataplasma de arnoglosso, pane mūdo, & lenticula cocta ex aqua. ulceribus uero acria & calidiora medicamenta ordinamus, ut est Andronius trociscus, aut Polydio

tus:

nis: soluti æque cum dulci uino & pingui, sub confecti nne temperate infuso in mortario, sub cataplasmate imponuntur. Aliqui uero è nostris, his probatis adiutorijs carbunculos curauerunt: mollũ salsamentorum combustorum cinis adhibitus iuuat. Rutæ uiridis folia cum aceto, eruo pulus tũ uino tritus. stercus ouium tritum ulceri imponitur. Ficus siccæ & in uino coctæ & contritæ imponunt, ut ex altitudine uocare possint, nuces uetustæ contritæ imponuntur, hæc adhibita bene nouimus operata. Si uero amice charissime his adhibitis ulceribus, radix occupauerit altiora, cauteres admoueo eodem loco, si nullũ occurrent præiudicium, ut loca uitalia periclitent, quę sunt in musculis aut neruis aut tenontibus, quæ ignis non poterunt sustinere tormenta, frigido rectius cautere hoc utimur, qui frequenter à nobis adhibitus profuit, qui hoc modo fieri debet. Aquam in quam calcem uiuam tingimus miscemus feculæ & saponi sub æqua ponderatione, & linimus loca quæ comburi minus placet. Super tamen cataplasmate cõtegenda sunt, quàm diu sordes eius ulceris cadant, quæ altius inhærebunt. & alia quæ ex hoc ueluti clauos possint euellere, ut uua passa enucleata sola contrita facere solet: aut fici sicci in uino decocti & triti. sic lupini in uino similiter cocti & purgati terun tur & imponuntur. sic stercora columborũ cum melle contrita. sic menta cum aqua contrita. sic nitrum cum

ruta

ruta uiridi & aceto tritum, Sic sapo cum uua passa & porcinis adipibus admixta etiam pice liquida, omnibus sub æqua mensura temperatis adhibitis uelocius semper loca periclitaotia carbunculis liberata sunt.

DE VVLNERIBVS INFLICTIS CORPORIbus,seu telo,seu morsu canum rabiosorum uel ferarum: seu ex quolibet casu oetuo uulnerato, quos & neurotrotus appellamus. XXI

IMpactis uulneribos generaliter omnibus cōtinuo hoc adhibendū erit,quod gluonare & curare membra ualeat.uulnerum puluerem adspergo, quo perare faciam,sine aliquo humore.motiouo enim & gluonat & colligat.& rubus elixa & trita hoc facit. hoc iris illyrica tunsa, & melle mixta similiter in paooo loco imposita.& aristolochiæ puluis cū aqua mixta hoc idem facit.nam & ossa sæpius colligauit.& omphacium tritum cum uino sic curat,per iotium adhibitū. Sic thuris masculinam & myrrę puluis cum uino & melle coctus & temperatus cōtinuo medetur. sanè sub his adiutorijs quæ semper futuris obstant feruoribus, utilis est sub uno schemate etiā fascia uulneratis, à lauatris uero,à foci uel solis calore,uel ab aeris frigore,clamore, uiolentia,usu ueneris, iracundia, custodiaotur: oecubi quod iam collectum aut glutinatum est, his occasionibus resoluatur.Hęc etiam requirenda prętermittens

non debui amice, per omne corpus recentibus uulneribus frequenti adprobatione laudata, quæ te adhibere suadeo: Panis combusti puluerem uulneri asperge. sic etiam scillam tritam superimposito. & sub utrisque adiumētis istis, aliquot continuis diebus penitus uulnus maneat in quiete, quo continuo percurari possit. Nam & myrta & lanatum sucidarum combustarum cinis uulneri aspersus similiter operatur. Item aliud. Malogranata cum melle contrita mixto uino imponito, desuper linteolum infusum resina terebintina super addito, ut latis operiatur, uino & oleo diligentius infusis. Aliud. Fabæ syriacæ radicem siccam contunde & cribella: & loco, eius puluerem asperge. Aliud, Oliuatum amurcā coque primo igni fortiori ad primam mundationem, secundo & tertio molli uapore patcius ferueat, quo pinguescere possit. cum uero coagulauerit repones in uas mundum: & cum frigescere cœperit, linteolo infusa in loco percusso imponimus. operabitur fortius uirtus, si medicamentis gallarum puluerem admisceamus. Aliqui eandem amurcam cum eodem puluere coquunt, & ita utuntur. Alij uero sulfuris uiui cum origani puluerem æqua mensura uulneri adspergunt. Qui uero ferro altum uulnus suscipiūt, fel bouis unc. II. & ficus nigræ lacrimam unc. I. & adipes caprinos unc. III. in unum cōmisce & tempera, & hoc medicamento curabimus. Aliud. Baccas lauri cū resina

tunsas

tunsas locis imponimus. Glutinantia uero adiutoria hæc sunt. Resinæ siccæ puluis: capilli hominum æqua ponderatione cum thure masculo combusti & cribellati. Sed cum puluerē adspergere cœperis, perunguendum est uulnus pice solutiore. Aliud. Particulā utris uinarij resinamq; ex æquo combures, & uteris puluere collitico, & qui frequenter sanguinis fluxus ualeat prohibere. Et mandragoræ folijs tritis cum uino & aqua altiores percussus cataplasmauimus, quæ cōpendiosius percuraciunt. Aliud. Maligranati grana dulcia cocta in uino diligentius terimus, & in uicem cataplasmatis adhibemus, adiutorium probatum. nam & betarum surculos, exceptis folijs elixos & tritos imponimus, similiter profuturos. Si canis morsu fuerit quis uulneratus, continuo spongia aqua frigida infusa, aut oximeliti, imponenda est: quæ frequenter exhinc irrigāda erit. Primo uero eiusdem uulnerati lotio uulnus secundum physicos fomentandum est. & porri cum melle triti & impositi eodem modo medētur. & lacryma arboris ficus cōtinuo inunctis hoc idem præstat: & spongiæ cudis combustæ cinis cum liquamine mixtus, par beneficium facit. Aliud. Sales triti, in linteolo ligati, in aceto confunduntur: & ex hoc uulnus tamdiu baptizandum est uel infundendum, quamdiu ex eodem uulnere sanguinem eijciat. postea uero transactis primis diebus, quibus feruor obseruari consueuit,

eruum tritum cum melle uulneri impone, aut lentis puluerem cum melle despumato similiter. Quæ uero in feruore fuerint, spuma argenti cum melle trita & imposita continuo mitigat. præfomentanda sunt interea uulnera aqua gelida, etiam qui humanos morsus patiuntur, similibus etenim adiutorijs, supradictis percurabuntur. Si uero his accidentibus uulneribus etiam neruus forte fuerit uulneratus, in quo graue periculum frequenter euenit, coctis eiusdem uulneris, patefacto prius, diutius custodienda est ad humoris ex uulnere uenientis digestionem, cum ex hoc impetus & dolores auerti possint: frequenter etiam ferro hanc anastomosin procurare debemus. Conuenit interea præ omnibus his etiam phlebotomũ adhibere: cõuenit etiam eos uentris purgatione iuuari. aquarũ sanè calidarum fomenta fugienda sunt, quæ putredinis & indignationis occasiones sæpe procurauerunt. Sed oleo sabinensi uel dulci tepido, aut certe uetusto, frequenter uulnera ipsa fomentanda erunt: uiride uero oleum uel gretiale penitus uitandum est: hora tamen post fomentationem olei calidi supradicti, sola terebintina resina linteolis infusis & adpositis: utilius si terebintinę etiam euphorbij puluerem quippiã admisceamus. fœminis uero uel pueris delicatiora corpora habentibus etiam solius terebintinæ sufficit beneficium. cæteris uero, ut superius comprehendi, terebintina cum euphorbio &

oleo

oleo admiscenda est. addenda etiam cera propolis, ad
dendum sagapinum, addendũ etiam laser. etiam opo
panacis adiuncti rite beneficium experti certius adte-
stamur. Aliud quod experimentis neruorum uulneta
tioni adhibemus, uiuæ calcis puluerem diebus canicu
laribus ex aqua marina lauamus, quam custodiamus
huic medicamento: mixturi, euphorbiũ, sulfur uiuum,
puluerem calcis lotæ diligenter, in uncijs singulis, tere-
binthina cera pice in uncijs ternis, interea per initia uul
nerationis cataplasmate tali uti nos conuenit, ex melle
aceto oleo roseo modice admixto cũ fabæ pollinibus
coctis & temperatis: post cataplasmatis uero benefi-
cium hoc est aptissimum adiutorium: Euphorbium,
cera, resina, in singulis libris, oleum in duabus. sed eu-
phorbium cum aqua prius terimus, & superioribus so
lutis ut moris est admiscemus: superaddimus interea
etiam de salibus quippiam, ut os patulum custodien-
tes, humores nosse cum digestionibus paremus. nam
& melanchlorus trocisrus semper his utilissimus fuit,
cum aceto tritus, & liquido cerotario temperatus. Sũt
etiam alia adiutoria his causis aptissima, sub una uirtu
te uarie cõposita: sed paucis magis & probatis uti nos
conueniet, quorum perseuerantia effectum facillis-
mum poterit curare.

## DE VLCERIBVS SPONTE NASCENTIBUS. XXII

Vlcera uaria aut ex humorum acredine uel plenitudine generant, aut præeuntibus leuibus uulneribus uel diuersis ictibus adquiruntur: quæ imperitia medicorum frequenter, aut adiutoriorū inopia, procurata uetustate chronia fiunt. Igitur cum ulcera retinentia & caua fuerint, sic curanda uel replenda erunt: Mel & resinam æqua ponderatione in cacabo facies solui: item addes butyri tantum: ex hoc infusis linteolis uteris. Aliud. Resinæ puluerem, ceram & adipes porcinos uel hirci æqua ponderatione commiscebis, & similiter adhibebis. Cum uero hæc eadem ulcera æqualia in superficie fuerint, hoc insequenti rectius uteris medicamento: Spumæ argenti unc. VI. ceræ unc. III. resinæ unc. II. olei unc. VIII. conficies ut moris est ad emplastri temperamentū, quo cicatrices utiles ualeas procurare. Si uero transcendens ulceris planitiem plus excreuerit caro corruptior, diphrigem lapidem tundes, & eius puluerem asperges. Aliud. Aeris purgamentum tunsum similiter adhibendum est. Si cacoethum tentauerit tum humore importuno permanente, & ex diu hulcus à sanitate prohibetur, hoc adiutorio curandum est: Plumbi purgamenta, æruginem, itruncis singulis, aloes & calcis uiuæ uncias binas, tundes & cribellabis & ulceri asperges. Aliud. Etiam solum æris pur

gamentum

gamentum tunsum similiter adhibendum est. Si cicatricem fieri uolueris, hoc emplastrum facies: Ceræ unc. II. resinæ unc. I. thuris & æruginis uncias singulas, olei cyprini unc. VIII. cóficies ut moris est. & impones emplastro probatissimo. Si nimis antiqua ulcera fuerint, ceram in sole liquefacies. & commiscendus erit puluis floris æraminis, ut ad temperamentum emplastri ueniat: utere ne frequenter soluas, quod etiam fasciola custodire debebit. Nam & chicorijs, chalcu, ceræ. uncijs singulis, aluminis scissi semuncia una: his commixtis & temperatis utendum est. Sunt & alia ulcerum genera, quæ sui naturali morbo semper uti malefaciendo serpunt loca uicina, quæ his adiutorijs percurantur. Lenticula cocta, melle commixta: & folia caulium cum melle similiter. & coriandrū uiride cum melle. His etiam lini seminis ex puluere cocto in uino & oleo cataplasma semper adhibui. sic ex milij polline similiter feci. Sic etiam hederæ folia coxi, & cum melle trita imposui. foui etiam de eadem coctione ulcera frequenter. Si cabsositas emerserit, in qua semper est tarditas ulceribus ad sanationem, æris florem coctum terimus, & ex eo puluere ulcera sanabo, & titymali lacrymam uino & melle mixtam, in uicem cataplasmatis adhibebo. Si madefactio permanserit his adhibitis, sales tritos cum melle imponā, & super ficis tritis incoctis cataplasmabo. & amigdala amara sic curatur, locis adhibita cum melle

melle contrita. sic porri in uino cocti eodem modo cu-rant. sic erui puluis cum melle. & oliuarum uiridia folia in uino cocta trita adhibentur: ex quo uino prius loca fomentari debent. similiter etiam ex aqua in qua alu-men scissum infundendum erit.

### DE IGNE SACRO XXIII

DE igni sacro tractandum est, cuius multiformis cura est & diligentia. aliter enim febricitantibus emergens curatur, aliter cui febres superueniunt. nam & omnibus partibus corporum generaliter adiutoria similiter adhiberi possunt, excepto tamen capite uel fa-cie, quorum est quàmaxime causa solicita. uicinitatem enim adpetendo ignis serpens, oris aliquando aut lin-guæ aut gutturis partes facilius pulsat uel solicitat, & ueluti superficiem derelinquit, attentat interiora mole-stius, in quibus uitæ periculum formidandũ est. nam & Hippocrates hac eos sentẽtia uisitauit: Ignis sacer si interiora petierit, molestũ erit: si in cutib. perseuerau-erit, curari potest. Ergo si cũ febribus & in supradictis partibus appacuerit, intra tertiũ diem phlebotoman-di sunt, & cathartico depurgãdi, & à cibis abstinendi. Sed tamen cataplasmata chalastica & fomentũ hic fu-gienda sunt, ignis uim & dolores augentia, sed leuibus lenimentis euocatorie curandum, quæ sine grauedine possint afferre remedium. Si phlebotomus sanè uel cathartica certa

De geretri

DE VERETRI, HOC EST NATVRAE, causatione XXVII

VEretri dolores fel taurinum cum nitro curat. & butyrum cum terebintina ex æquo cõmixtum similiter. Et ex lini seminis puluere & myrræ ex æquo, resinæ quippiam superaddito, in aqua coctũ cataplasma adhibuimus. Quibus uero tumuerit, pampinorũ folia mollia trita. XXX. thuris & terusæ semuncias singulas, commixta cataplasmabis. ante tamen ex aqua marina frigida forentabis. nam & testes ex hoc tantum fomentatos cimolia trita frequenter cũ aqua per ungues. post uero myrti siccæ puluere & myrræ similiter aspergendi sunt. ulceribus uero in eodem caule natis lepidæ cypriæ puluerem confidenter aspergo. & aphronitri solius triti puluis eodem modo operatur. & alumen scissum contritũ similiter: & myrra cum passo trita similiter. Si ueluti carbunculus itinatus fuerit, lycũ melle contritũ subpono frequenter per diẽ & spasmola tentante. fomentandũ est interea ex aqua: de styromanbus in aqua concoqui debent, aut myrtus uiridis, aut lentiscus, aut rubus, aut oliuæ, aut ros syriacũ cuius puluis si post fomentum adspergatur, continuo curabitur. desuper uero herbis supradictis cataplasma imponendum est, cum melle commixtis. nam & uini & mellis species prætermittenda non est. continentia fieri oborum, & uentris purgatio frequenter prouideri

debet. Quibus uero sub operimento cutis ueluti exochadium fuerit natum, elaterij puluere tangendũ est, aliqui menidarum piscium capita imposuerunt.

### DE HERNIOSIS MAIORUM ALIA- rumúe ætatum, XXVIII

Hernias infantum frequentius emergentes sic curauimus. Resinam pityinam siccam, nitrum, cyminum, ex æquo cum melle miscuimus, & sub emplastri temperamento imposuimus, superaddita ligatura quæ contineat medicamenta. & uuã passam pinguem purgantes in uncijs sex, nitrum unc. I. cyminum unc. II cum melle contriuimus, & ita usi sumus. uitent hi cursus & saltus & alios impetuosos conatus, & ciborum nimiam præsumptionem. Probatissimum. Caducum maligranati unc. I. gallarum semuncia I. asphodeli radicis unc. I. narcissi radicis unc. I. hæc omnia coquenda sunt & tundenda, & malaxationes adhibendæ sunt. hoc & hernias perseueranti subligatura etiam ueteres percurauit: & hydrocelas & sarcocelas & enterocelas similiter. nam & emopoti emplastri exposui maximũ & probatissimum remedium: Spumæ argenti unc. V. aceti unc. XVIII. olei unc. XII. spumam argenti planè combures, & de supradicto aceto restinges & teres diligenter: omnia simul mixta coques & agitabis spatula holosidera, & ita ut diacylon coques, & linteolo adhibeto diebus continuis quinq;. nam hydrocelas similes

ſimiles collectiones ſine dilatione curauit. & baccæ cypreſſi tunſæ cũ axungia mixtæ impoſitæ ſimiliter profuerunt. Ramicem uero quam appellant ſic curabis. cicer in pultario mittes, cũ oleo uetere & uino coques ut molleat & matureſcat. hoc teres & ſolutum induces & uteris. prius tamen aqua frigida foue, ut teſtes reſiliant, & ita ut ſupra diximus uteris.

DE VMBILICIS INFANTVM EMINENtibus. XXIX

CArnes coclearum teres, & bis myrtæ puluerem miſcebis, & in linteolo inductũ impones, & ſubfaſcia ut facilius reprimat. & cum acacia tritũ, & aqua ſimiliter temperatum, ſupponendum eſt. Item aliud. cocleas ex arboribus lauri collectas cõburimus, & tritas imponimus, ut umbilicum in naturam propriam reuocemus.

DE DIVERSIS VICIIS IN ANO NAſcentibus XXX

DIfficiles & his locis cauſæ euenire conſuerũt præcedentium qualitate. Eſt enim loci natura delicatior, quæ ad omnes acerbos quammaxime contactus facile cõmoueatur. naſcitur in hoc ſæpiſſime indignatio uel feruor, fit rhagadium, fit cõdyloma, erumpunt æmorroides, naſcuntur exochadia, fiunt etiam ſyringia, frequenter etiam inteſtini effuſio, & cætera quibus nũc omnibus ſuo ordine remedia deſignabo. Quãdo

g 2 uero

uero indignatiu uel feruor loca tentauerit, pingues dactyli in passo uel melicrato infusi teruntur superaddito quippiam oleo roseo, e quibus factum cataplasma tepidum adhibemus: superaddita tamē ligatura, quæ adiutorium continere debebit. nam etiam de musteis similiter faciendum est, sed qui piper non habuerint. sic etiam de bulbis albis cum melle tritis loca frequentor cōmota curata sunt. & lycium indicum tritum cum cerotario, ex oleo roseo temperatum adhibuimus, cui sæpissime sulfuris uiui quippiam triti superadiecimus. Hoc genus adiutorij utilissimum: spuma argenti & cerusa unc. singulæ, thus masculum & crocum semunc. singulæ: cum uino & oleo tritum & commixtum, adhibendum est, & oui uitellum coctum & tritum cum melle: & oleo roseo commixtum, satis loca indignantia iuuat. sic butyrum cum medulla ceruina & hysopo, cerotum & thus masculum: omnibus ex æquo commixtis & tritis, oleo & uino tēperatis, curati sunt frequenter. huic medicameoto etiam lyciū indicum admiscendum est. Si rhagadiū factum fuerit, huic medicamento priori nos uti conueniet, ex oleo roseo in plumbeo uase & pistillo simili usq; in pinguedinem mellis confecto. nam & caricarum pinguium combustarū cinis uino tepido prælauantibus impositus prodest. sic rosæ flos & pompholiga simul trita aspergitur similiter. & molibdena cum folijs rutæ uiridibus teritur, & cum oleo

oleo myrteo pinguius temperatur, & similiter iuuat & hyoscyami foliorum puluis aspersus similiter loca curauit. Sic etiam linteorum combustorum cinis cum amylo ex æquo suco foliorũ oliuæ temperatur, ut subpingue fiat blandum linimentum. Quibus uero condylomata fiunt uel exochadia, hoc adhibendum est medicamentum. cera libra I. pix unc. VI. medulla ceruina unc. II. adipes taurini unc. VI. mel unc. IIII. uinum unc. IIII. gutta ammoniaci unc. I. tusmasculũ unc. II. myrra unc. II. sicca cum uino teruntur, & solutis calentibus miscentur. Aliud puluer de expertis, quo frequenter iuuati sunt homines, ita cõficies, & uteris post uini ueteris styptici lauationẽ: masticem, fimi hominis sicca cõbusti cineres, cucurbitæ cõbustæ cineres, piperis grana XI. aloẽ, alumẽ scissum, etiã supradictas species æqs ponderib. uteris. Aliud. Calcis uiuæ unc. III. nitri unc. II. utraq; teruntur, & cũ hominis urina miscent̃, & ex eo pinguius facies linimentũ: quod cum siccauerit idem superaddes. & eodẽ modo perseuerãdo facilius consument̃. Exochadia specialiter consumũtur, si chalcanthum teris, & eius puluerem cum oleo dulci molli uapore coquis, & pinguefacto frequenter loca tanguntur. nam & alumen humectum, in uase nouo coctum & tostum puluerẽ facit, quo adhibito exochadia spontanea frequenter ceciderunt. Aemorroidas impatientius erumpentes sic compescere uel temperare consue-

uimus. Butyrum, crocum, cerusa, mel, ex æquo omnia commiscenda, & oui albore temperanda & imponenda. sic arnoglossus trita cum aceto, sic cæteræ species uirtute simili & stypticæ, cum aceto cōtritæ operabuntur. Fomentabis uero loca ubi alumen scissum tritum mitti facies, aut æris florem, & coquatur in tertiam partem: ex hoc fouendi sunt ante linimentum. nam ut etiam in tempore aliquid de physicis adiuuentur, in ea aqua coquendæ sunt species supradictæ. ubi etiam his æger se, cum æmorroidas pateretur, frequentius delauaret, ad supradictas species in uncijs senis aquæ sextarios decem mittis. Si uero conclusas soluere uolueris, tapsiæ sucū & absinthij similiter ex æquo cōterimus, & loca cōtingimus quę solēni digestione sunt impedita.

DE SYRINGIS, QVAS HOC MODO FREquentius curas. XXXI

LAser cum aceto tritum imponendu frequēter usi sumus. nā & musa trocisco omnibus adprobato, in aqua in qua calcē uiuā extinximus resoluto, immittimus & persicimus: qui trociscus à nobis hoc modo conficitur. Alumen scissum unc. III. crocomagma unc. II. chalcanthum unc. III. caducum maligranati unc. II. uino omnia contrita commiscuimus ut trociscos faciamus. Etiam hic puluis experimentum sæpe dedit ad omnes syringitas, qui ęquali ponderatione conficitur: Iris illyricæ, erui, unc. II s. mannathuris unc. II s. lepidos

dos chalcu unc. I I s. aristolochiæ longæ unc. I I s. omnia tunduntur & cribellantur, & fit utilis puluis, cui nomen est cephalicu: qui miscetur eodem modo ad linimentum, quo etiam musa trociscus supradictus. Quibus uero intestinum exient. mori uiscidioris fomentatio adhiberi debet: & post acacia trita cum aceto linimentum. & cyclamini sucus cum melle ex æquo commixtus & coctus usq; in pinguedinem. Aliud. Ellebori albi genus aliqui cum aceto coxerunt. nam & pulueris mixtus cerotario ex oleo miseo satis iuuat. & hyoscyamum in aceto tritum & similiter adhibitum, intestinum effusum similiter reprimet.

DE PERNIONIBVS PRVRIENTIB. XXXII

Pernionibus cum prurito aquæ marinæ fotus satis prodest. Similiter etiam si uino calido styptico fo ueantur. sic etiam decoctione betarũ: sic aqua ubi alumen scissum infuderis. post quod fomentum cera liquefacta loca linire conueniet. nam & aluminis puluere cum hordei farina & uino cataplasma adhibendum est, sic ceræ & picis resolutarum sola unctione curati sunt, & gluten solum in aqua pro fuit liniendo. Sic oliuarum uiridia folia trita, pro cataplasmate adhibita profuerunt. sic gallæ cum aceto contritæ, sic uini feces impositæ curauere. Quibus uero iam uesicauerint, raphanos rundis, & ex eorum suco pinnæ proderunt linimenta. & lenticulæ coctæ & tritæ cataplasma proderit. &

rit. & caduci maligranati in caldis cineribus tepefacti & triti adhibiti conuenerint. Sic etiam scilla cocta adhibita trita continuo profuit. Quibus uero crepuerint & ulcerati fuerint, his spuma argenti trita mixto adipe porcino pro emplastro adponi debet. sic adipes anserini cum cera & oleo tepido adhibendi sunt. & coclea cum testa combusta & trita & in puluerem redacta si aspergatur continuo medetur. & eruũ in uino coctum contritum cum cerotario similiter curat.

### DE RHAGADIIS PEDVM VEL DIGITORUM. XXXIII

Omnes crepidines in calcaneis pix liquida linita percurat. & spuma argẽti cum cerusa & alumen scissum ex æquo contusum & uino mixtum medebitur similiter. Quibus uero claui inhærẽtes molestiam fecerint, ferro subtili loca ante purgando adhibetur & myseos & aristolochium ex æquo contusum: cum melle adhiberi debet. hoc & rasura cucurbitæ trita facit.

### DE PARONYCHIIS XXXIIII

Paronychia in initiis lana ex aqua infusa imposita curat, quæ frigidiori aqua frequentius irriganda erunt. his etiam alphita cum aqua trita adhibenda sunt. sic & rhuris masculi puluis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam & gallarũ: sic auripigmenti, qui nisi percurauerit non exiliet. Si saniẽ sanè collegerit, locum pungis ad eius digestionem, & lenticulã coctam cum

melle

melle contritam imponis.& myrti folia uiridia trita similiter cum melle adhibentur. sic etiam cosacum,sic oliuæ folia similiter. Sic cedriæ puluis aspersus curat. sic erui,sic thuris masculi.Quibus uero etiã ungues passa/uerint,folijs myrti uiridibus,uel maligranati, tunsis cataplasmandi sunt.Quibus sanè forte aliquo ictu nigre sunt, farina tritici cum pice soluta mixta curantur. & sulfur uiuum similiter,& nasturciũ cum melle mixtum imponitur. & cera sola liquefacta superimposita medebitur.sed his omnibus adhibitis diutius perseuerandum est.calefacti enim perseuerãtia adiutorij ungues melius gubernantur.& uelun elephantiosus scabiosos si quis forte uogues habuerit,uini fex sicca & trita cum cerotario imposita curat.& ficus sicca curat,purgata & tunsa superimposita. æque medetur & lapati agrestis radix in aceto cocta & contrita. & sulfur uiuum cum sandaraca ex æquo tritum & aspersum cõtinuo curat. & nuclei pini purgati & triti impositi ungues mutant, post quorum casum ut meliores exeant,adipes hircorum tum lacte asiniæ triti imponuntur. & interea sub his omnibus adiutorijs ungues primo pice liquefacta ungui debebunt, qua & superiora medicaměta,& fasciola muniri & gubernari.

De pruritu uel scabie totius corporis. XXXV

SI iuuenibus hoc bene ualentibus obuenerit, phlebotomo prius gemina detractione subuenien/

h dum

dum est. Item uentris purgationes frequenter adhibendæ erunt. cibis sane sorbilibus & dulcibus nutriendi sunt. lauacris frequentibus uti cõueniet. in quibus thuris, sulfuris uiui, nitri, puluetes aspergendi erunt. Si hoc adhibito adiutorio aut pruritus aut scabies perseuerauerint, lapati agrestis radix trita cum aceto commixta in balneis similiter adhibenda est. Sic alumen humectum cum melle commixtum, quo linimento frequenter etiã in sole adhibito liberati sunt. his frequenter etiam frigida lauacra profuere. postea oleo roseo uel lentiscino aut myrteo admixto uino se utilius perfuderunt. Scabies uero si ulceratas habuerint, myrobalanum & sulfur uiuum ex æquo cõtusum ceroto in ex oleo myrteo liquidiori commisceo, ut leui unguento eorũ in balneis ulcera pertractentur. his sane calidum lauacrum aquarum dulcium procurandum est, in quo supradicta linimenta adhibenda sunt. nam & thuris masculi & pulegij ex æquo puluis ibidem in balneis commode adhibetur, si etiam cum uino & oleo misceatur. Sic nitrum cum uino, sic ptisanę sucus, qui frequenter etiam cum aceto mixtus plus profuit.

DE MACVLIS IN CORPORE NASCENtibus. XXXVI

SVnt quibus certis ex accidentibus maculæ eorum corporibus frequentius inhæserunt, Sunt enim nigræ, sunt albæ ueluti elephantiam aliquando adiun-

ciantes

ciantes, quibus hoc modo medendũ erit. Myrti folia uiridis in uncijs duabus, nitrum & alumen in singulis, contritis, in balneis fricanda erunt. Aliud. Sulfuris, nitri, aristolochiæ, puluis ex æquo contritus in balneis adhibendus est, sic gutta amoniaci trita cum oleo profuit. sic fici folia cum sulfure uiuo & cum aceto medentur, nam & sub sole de hac confectione curantur. & cyminum cum aceto tritum sæpe sic profuit, quinque diebus superaddendo linimenta nõ delauatis prioribus. sic cimolia nitro & bacca lauri cum aceto commixta & similiter ut priora medentur. Aliud. fœnigræci puluis, aphronitra, in uncijs binis, & alcioniũ & cyminum in uncijs singulis, similiter cum aceto adhibenda sunt. Et betarum folijs coctis & tritis cataplasma imponendum est. & piper cum myrti folijs uiridibus tritũ sub sole in balneis adhibitum utrasque maculas permundabit. Sæpe his perseuerantibus maculis ad elephantiæ uicium frequentius declinatum est, cui pro tempore nunc ordinabo remedia.

### DE ELEPHANTIOSIS XXXVII

PEr initia huius passionis si necdum plene uicium publicatur, phlebotomandi sunt & purgandi frequentius: faciem uero in qua huius uicij plus exhortetur imago, myrobalano cum aceto & oleo rosco uel myrteo linimento fricare conueniet. aquis naturalibus frequẽter utantur & marinis lauacris. cõtinentia sanè

uicijs his quammaxime plurimum prodest. cibis dige stibilibus & dulcioribus outriantur. lactis frequenter utaotur acceptione, quammaxime si aquam eius accipiaot, quam medici orron id est serum appellāt. nam & sucus nepitæ herbæ frequentissime hoc uicium releuauit. & hæc eadem herba frequentissime beneficium præstitit sæpe cibo data. coagulū nebri quem nos ceruum lactantem dicimus, cum oximeli ieiuno datum uel temperatū sępe profuit. Si hisdem adhibitis morbus ille adcrescens profecto fuerit publicatus, tunc neq; phlebotomo neq; catharticis uti conuenict. fieri autē noo potest ut ille humor corruptus in sanies, qui omne corpus uisu horrido funestaret, his adiutorijs purgationum adhibitis ad ioteriorem originem identidem reuocatus uentris uel sanguinis geminatis effusionibus arceatur: sed uomant frequentius, & lactis beneficio per cibos uel per potiones enutriantur & indulgentur. Locis uero cōtaminatione ulceratis omnia styptica adhibeoda suot, quibus illa caro corrupta & effeminata ualeat durari uel striogi. his frequeoter cirros trociscus profuit, qui coofìcitur ex sioopide, scisso alumioe & gummi, sub æqua ponderatione cum aceto dispositis. Omnia lioimēta uel fricamēta, quæ pruritui in superiorib. necnō etiā scabiei cōuenieotia significauimus, etiā his apta esse & utilia adseueramus. Aliqui uero etiam uipereas carnes inter cibos ministrauere, quaternos

ternos digitos in mẽsura tam à capite quàm ex cauda præcidentes, oleo & salibus conditas: & profecerunt.

DE LVXATIONIBVS VEL EIECTIONIB. articulorum, quas medici parexartreseis appellant. XXXVIII

PEr initia primo locis exclusa reuocãda sunt. Item embroche mollitori uti necesse est ex eruaceis pollinibus, uel certe cineribus, oleo sapa & ouis cõmixtis, quo lanis mollibus infusis sucidis loca rouiĕnda sunt, & pro locorũ natura fasciolis cõtinĕda & rõstringĕda sunt. Si sub hoc adiutorio loca naturaliter custodiĕda quieuerint, cerotario ex oleo dulci perfectã sanitatẽ inuenendũ nobis erit. Si uero locis auuisa, aliqua aduersitate locis proprijs minime potuerint reuocari, tũc adiatorijs catholicis dolorib. crescentib. subueniĕdũ erit, ut est phlebotomus uel catharticũ & cataplasmata paregorica: quibus perseuerãtib. si dolores declinauerint, quietudo fomẽtis, lauacris, cerotarijs, uel certe emplastris chalasticis imminĕda est, ut est diacylon aut chalasticũ. postea uero malagmatib. perseuerãdũ est, quibus curata loca possint in perpetuũ solida pati. Finis

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI

# THEODORI PRISCIANI

## ARCHIATRI AD TIMOTHEVM LIB. Secundus qui & Logicus.




VNC secundi operis partes adgredi-at, quibus prodendæ discutiendæq; rationis delegauimus functionẽ: quæ quoniam oculis comprehendi nõ potest, quod officium liber superior occupauit, idcirco passiones interiora possidentes in hoc uolumine aut accidentibus conuincentur, aut prodentur indicijs. Studio quippe ueritatis nec frustra disputationes refugi, cum certis deprehensisq; morbis remedia constitui, uel curis medendo facilibus, uel tuendo materiam uictotum: quoniam in logico opere obscurisq; periculis non opus est adsertore sed iudice.

### DE ACVTIS FEBRIBVS CAP. I

OMnes acutæ febres uel ægritudines, de quibus nunc dicere institui, aliquando passiones præueniunt, aliquotiens consequũtur, quæ certa produnt insignia, quibus morborum possit comprehendi materia. De chronicis uero secundis partibus promissi sermonis expediam. Hęc est itaq; sub omnium ueterum autoritate febrium diffinitio, quibus etiam nos adsensum libentissime commodamus. Est nobis calor ingenitus, qui cum se in altioribus præcordiorum locis re-

pentina

pentina aliqua necessitate commouerit, & ueluti aduena tempestate loca uitalia naturaliter quieta turbauerit, uaporem acriorem & innaturalem procurat, & ex altitudine stomachi febrium serit originem. De febribus inquam quæ quammaxime omnibus corporum incommoditatibus, in omnibus ætatibus omnibus locis uel climatib. certa necessitate morbis aut imminentibus aut præeuntibus sociantur. Febricantibus itaque generaliter omnibus unum magnum remedium cunctorum cautum est autoritate: præcipue seruire temporibus, ut pro conditione causarum ægri omnes adiutorijs competentibus releuentur, similiter etiā cibis congruis nutriantur. Conueniens est profecto in utrisque incongrua aliquando bono tempore posse minus officere quàm ea quæ utilia iudicātur, si incompetenti tempore suggerantur. Docuit enim natura omniū gubernatrix, in initijs omnium cōmotionum sub quacunque forte causarum aduenientium, cum præsentis admonitionis tēpestate naturalis ille uapor turbatus recessus interiores petierit, & tum exteriora articulorum frigus uel tremor quassabilis occupauerit, tunc nihil penitus à medicis tentari uel adhiberi debere. At uero imminente declinatione, transactis augmentis, tum paulatim uapor ex altitudine aspirans omnia illa exteriora membra perfuderit, tunc adiutorijs utpote competentius seruiemus. Ergo quoniam aliquādo sub certis accidentibus

cidentibus manifesta declarantur nomina passionum, aliquando simplex febrium imago tantummodo uisitatur, quæ uentris semper constrictionem procuret, capitis dolorem, linguæ asperitatem, aliquando insomnietates cũ leuibus menos erroribus. hæc enim ex eadem febrium origine, uapote naturaliter superiora appetente, præcipue capite solicitato cõtingunt. Quæ accidentia licet etiam in cæteris passionibus cum alijs signis plurimis misceantur: tamen cum per sese sola fuerint his febribus sociata, febrium magis simplicium & infiguratarum speciem designare noscũtur. Ergo cum simplicium febrium causa constiterit, per initia cõmotionum cum adhuc articulos possidet frigus, manibus calidis, uel uaporibus cæteris, omnia membra calefacta contineri: tunc etiã somnos inhibebo, nihilq; aliud adhiberi permittam. Cum uero ex altitudine uapor exiliens corpus omne calefecerit, & emergens inflammatio impatiens uiscera uniuersa siccauerit, tunc post clysteris simplicis beneficium etiam enemate, quod ex suco lini seminis & oleo roseo uel chamæmeli temperatur in uocẽs tribus, illis igneis ardoribus succurrendum est. At uero quota transacta die, & primis iam temporibus ægritudinis refrenatis, cum sub quadam maturitate qualitas causæ humanior apparuerit, tunc post augmenta commotionis præsentis pannis duplicibus uel triplicibus infusis oleo roseo & calido media

eorum & infundenda sunt & iuuanda: uel certe ex lini semine & hordei pollinibus cum aqua & oleo, ut moris est, adhibendũ est cataplasma: ex quo aut ignem illius commotionis temperemus, aut sudorem oportuno tempore prouttemus. Monitũ te interea uolo profecto ex urinarum inspectione supradictæ ægritudinis maturitatem sic cõsiderare debere. Aduertendum est itaq; ex urinis naturalibus & consuetis, quantũ in contrariã partẽ natura deuiauerit, ut ex hoc quid aut præsens status, aut futurus ęgritudinis exitus, allaturus est instruaris. Est autẽ urina naturaliter, quæ corporis quietẽ & sanitatẽ manifestet, rubra mediocriť, subpinguis, & tactu calida, habens naturaliter nebulas, in aquam maxime appetente, quantitatem uero ex accepto potu adhibere nos cõueniet. hæc itaq; cum inspexeris, de maturitate ægritudinis bene confidens, adiutorijs competentibus imminebis. Superueniente igitur declinatione temporalis commotionis, & iam prioribus adiutorijs procurata, tunc & linguæ curationi, & cæteris quæ cibos præire consuerunt, seruiendũ erit, aliquãdo etiam lixipyreta tempore cataplasmata adhibita quãmaxime profuerunt, quæ infundere & nutrire quàm infrigidare corpora ardentia uideanť: quæ conficere hoc modo cõsueuimus: Spumæ argenti unc. III. mellis unc. III. suci lini seminis unc. VIII. cerę unc. III. olei rosei uel chamæmeli libras II. conficies ut mo

tis est

tis est, & uteris inuicem cataplasmatis, commotiones competenti tempore iuuatutus. His igitur adhibitis simplices has ægritudines sic uisitare cõsueuimus usq; in plenam declinationem, quo etiam lauacris adhibitis & reparare sanitatem & reparatam custodire possimus. Igitur quoniam huius ægritudinis species, quæ solis febribus cum proprijs accidentibus designatur, hac pagina compendiose composui, in sequenti ordine acutas omnes passiones proprijs cum nominibus & accidentibus designabo.

## DE PHRENETICIS II

SVmimus itaq; initium de phreneticis, febrium acutarũ necessitate fluctuantibus, adiungentes adiutoria competentia. Phreneticorum causas certa accidentia & manifesta designãt. Sunt enim acutæ febres cum terribili mentis alienatione, sunt iuges insomnietates ex meningæ incensione uel indignatione uenientes, & quod speciale accidens his tantummodo manifestum est, de parietibus aut straminibus paleas uel floccos legũt. Ante omnia ut superius præmonuimus cõmmotionũ temporibus feruiendum est. Docet natura nihil asperum, nulla penitus adiutoria admouenda, quæ importunis temporibus quammaxime adhibita nocere probata sunt. Per initia itaq; huius passionis lucidum & temperatum primo cubitulum prouidendum est: ciborum obseruanda continentia. & si fu-

prædicta accidentia, quibus passio publicata est, intra tertium diem apparuerint euidētia, & si nulla nos aut ætatis aut temporis ratio remouent, phlebotomo subueniemus, licet ad detractionem sanguinis cunctatio ram peccauerit. Cum enim sanguinis commodissimo elemento corpora laborantia etiam alia possunt inuenire remedia, dettacto uel amisso difficile reparantur. Ventris item si constrictum fuerit officium, per clysterem simplicissimū procurabo, melicrato calido oleum tantummodo admiscens, nil asperum neq; pyreticæ qualitatis adijciens. certum est enim febricitantibus omnes iniectiones meningæ sociari. Vini uel aceti penitus in his odor fugiendus est. cibos humectos & leuiores aptis temporibus ministrabo. Moneo attamē primis temporibus caput oleo roseo infundendum. & si his adiutorijs contemptis passio augmēta repetit, ut extensionibus uigilijs, & febribus, & alienationibus adhuc molestissimis terreamur, oleo chamęmelino uel anetino calido, ubi papaueri uel lactucæ semina, uel mentæ uel hederæ sucos coxeris uel miscueris, eorum capita frequentius rigabis. Si uero impatientius se iactando quassauerint, ut est omnibus uigilantibus accidens speciale, mollibus ligaturis fasciarū alligatos quiescere faciemus. minus enim incommodi accidere poterit ex uigilijs quietis, q; si inter iactationes nimias interceptis uiribus fatigentur. Vultus eorū ante cibos

aquæ

aqua calida, ubi agreste papauer, aut lactucæ semen, & illa cætera quæ significauimus, decoxeris, fomententur. Similiter etiã articuli eorũ, lingua quoq;, ex melle & oleo mixto rosaceo, aut certe ex suco lini seminis irrigentur. febribus & enim perseuerãtibus ægri plus siccitate linguæ quatiuntur. Lectus eorum suspendendus est, & ad uicem gestationis agitãdus. Frequenter enim ex illa lecti motione uelut intentis oculis & mentib⁹ occupatis somnos his dulcissimos procurauimus. Media eorum consideratis temporibus oleo dulci calido fomentanda sunt, aliquãdo mixta aqua calida ptygmatibus infundẽda. Similiter inguina eorũ huic quã maxime familiariter ægritudini cõpatientia. Frequenter etiam seminum cataplasmatibus hæc eadem media eorum iuuanda erũt. Iuuat interea multum detonsio capillorum, & si raso capite sanguinis detractio admotis cucurbitis adhibeatur. Ex hoc enim adiutorio, quantum sæpe probatum est, ad plenam causæ perducti sunt digestionem. hæc est amice simplex phreneticorum medicina, quæ naturæ beneficijs & adiutorijs ita ordinatis cõpetenti tempore adhibitis continetur. his etenim rite custoditis facilius potest ægritudo uicta succumbere.

## DE LETHARGICIS III

LEthargicis & phreneticis capitis est uel meningæ simile sub extensione uel cõstrictione periculum,

utriq; acutis febribus agitantur. his tamen accidentib. differunt, quod phrenetici manētibus insomnietatib. & alienationib. eriguntur: lethargici uero sub simili incō moditate uigiliarū, grauedine molestissima & falso ueluti somnio molestius deprimūtur. Sunt sane hæ differētiæ sub simili forte passionis in utrisq;, ut magis plus lethargici periclitentur. nam phrenetici plus grauati lethargicos faciunt: lethargici uero releuati in phreneticos reuocantur. Vna est ergo & æqualis utrisq; causa uitiorū, eademq; etiam uisitandi diligentia esse debebit. Sed phreneticis quies & patientia indicenda est, lethargicis uigiliæ procurandæ sunt. his igitur lethargicis fotus capitis simplex ut phreneticis adhibēdus est, sed exceptis herbis illis uel seminib. soporiferis: utrisq; media præcordiorū similiter adiuuanda sunt. Linguæ siccitas eodem modo riganda erit; æque uentris officium procurandū. caput quoq; sic detractione sanguinis releuari debebit. Vno eodemq; modo uel tempore etiam ciborum qualitate nutriendi erunt. unum tamen præcipue, quod frequentibus sternutamētis pinnæ interim admonitione tantūmodo releuandi erunt, acutis duntaxat adhuc febribus permanentibus: desinentibus uero caloribus, & illis grauationibus perseuerantibus, tunc acerbis adiutorijs ptarmicorum imminere nos conueniet, in lucido sanè & temperato cubiculo. Articulos uero eorum unguo frequenter oleo ueteri

teri, uel cucumeracio, mixto quippiã nitro aut pipere aut castoreo: & uncta solidius defricabo. Et si frigidi adhuc fuerint, etiam sinapis puluerem admisceo. nam aliqui etiam sanguisugas fronti eorũ uel temporibus recte adhibuerũt. Perseueranti uero grauedine & feru/sus occupatione demersis expedit accipere in modum cocleans unius cum melicrato castorei puluerẽ. Expe/dit etiam apophlegmatidiare in oximeli hysopi aut origani aut thymi aut puleij aut rutæ decoctione. Et si adhuc sub illa ueluti depressione capitis deponũtur, etiam sinapismus adhibendus erit: unguenta quoq; ex castoreo & oleo sicyonio. iam tũc etiam odores na/ribus admouendi ex castoreo, puleio, origano, thymo & bacca lauri. hoc & ex cornu ceruino & galbano fie/ri commodum approbauimus. Hæc igitur grauatis le/thargicis adhibenda sunt, ubi febrium acutarũ inter/uenerit necessitas, quæ nos omnia phreneticorum si/milia adiutoria adhibere compellit.

DE PLEVRETICIS IIII

Pleureticorum hæc est certissima definitio: dolore insustentabili & perseueranti circa interiora late/ris afficiuntur, febribus æque acutis minime desisten/tibus, tussi molestissima, & sputamentis uarijs effluen/tibus: super quod latus iacere se tolerabilius asseuerãt. Cõpresso etenim loco dolente, ad saniores partes de/migrans pressa materia, in tempore locis languẽtibus. moderatur

moderatur. Febrium itaq; temporibus seruientes, adiutoria & cibos congruos adhibemus. Cubiculũ procurabo calidum & lucidum. melicratum ex hymetio & despumato melle suggeram omni ægritudinis tempore ministrandum. Interea si minaciamos augmẽta tenuerint, retractantes ægrotantis ætatẽ, temporis qualitatem, prouinciatũ naturam, intra tertium diero phlebotomo nos subuenire cõuenit. Item uentris officium prouocandum est, aut balano subponendo, aut clystere simpliciore. Lateri uero dolenti ex oleo samsucino calido fomentum adhibeo: & eius samsuci puluere, uel rutæ siccæ, loca affatim aspergo dolentia. post uero sucidas aut sulfuratas calefactas lanas appono: uarijs & frequentibus cæteris uaporibus loca mitigabo: ut aliquando sacellis ex cantabro, aliquando ex milio uel salibus calefactis, aliquando oleo supradicto samsucino uel rutato adiecto in uesicã uaporamus. adhibemus etiam uentosarum suis temporibus aptissimum adiutorium. Perseuerãtibus uero doloribus etiam cataplasmata chalastica cum melle de seminibus superaddo, detrahens speciem fœnigræci: quod, ut expertus sum, febrientibus caput semper dolore & inflãmatione sollicitat. Cibos uero usque ad ægritudinis digestionem commodis temporibus matutinis quammaxime sorbiles & calidos ministrabo. tunc etenim etiam in perseuerantibus febribus tempus siue adiutoriorũ siue ci-

borum

borum ueteres physici aptissimum adseuerauere. Semper etenim naturæ certa ratione, uespertinę horæ crassioris aeris accessu ægros animos ad tristitias quasdã adducunt, & ueluti initia cogunt renasci cõmotionum. Addo interea, quod facilius ægritudinem refrenabis, si per dies singulos semel tantũmodo cibos adhibeas. Sub hac igitur uisitatione si necdũ ægritudinis augmẽta recesserint, diebus pluribus melicrato aut hysopo aut ruta uiridi decocta, ex hoc frequenter eos potabo. locis uero impatiẽter dolentibus etiam scarificationes impono ita etenim frequẽter ad peripneumonicorum non permittitur æger uicina peruenire pericula. Dolentes uero latus sine febribus, & cæteris accidentibus supradictis pleureticorum remotis, quos iam non pleureticos sed latus dolentes proprie appellabo, ex subiectis alia diligentia uisitamus. Piper uel cyminum uel castoreũ aut rutam siccam terentes, melicrato miscentes potui damus. Oxyporia quoq; adhibenda erunt. Item acopo calido commixto opobalsamo aut gleucino aut laurino latus ipsum est perunguendum & fricandum. Quibus adhibitis si necdum dolor quieuerit, super illam decoctionem quã superius ordinauimus, phlogmi radicem aut capparis admiscebo. Dabo interea etiam antidotia apta frequenter pleureticis, superaddens samsuci puluerem, hisdem semper adiutorijs commodissima. nam & emplastra uel malagmata his

sæpissime profuerunt, ex rutæ folijs uiridibus contritis & axungia, & cætera quamplurima, quæ sibi quisq; in tempore causæ probata & utilia esse cognouerit.

DE PERIPNEVMONICIS V

Peripneumonicos hæc accidentia manifestant: febres acutæ, thoracis pondus, quod etiam laterum solicitet uicinitatem: iacere se supinos nõ facile patiuntur, sed magis sedendo releuari potius adtestantur. infectas ueluti quodam rubore genas habẽt. anhelitum tardum & suspirium patiũtur. tussiunt frequenter, sputa sanguinea & sordida egerunt. pulmonis periculum designantia. his ergo primo lucidum & calidũ cubiculum prouidendum est: his febrium temporibus seruiens, adiutoria & cibos moderatius ministrabo sucis ptisanæ aut alicæ mellis quippiam habentibus despumati. melicratum faciendum est sicuti etiam in pleureticis ordinatum est, cui concoqui debet ruta uiridis, hysopum uel origanum, aut iris illyrica, quæ quammaxime perseueranti tussiculæ facilius mederi consueuit. Si uero digestio sputuum tarda & difficilis fuerit, ueluti eorum uiscosa quadam pinguedine præcludantur, in modũ unius coclearis recentis butyri ieiunos frequenter eos acceptione iuuamus. uentris officium assidue procurabo, thoraci eorum hoc est pectori adiutoria omnia pleureticorũ adhibeo, tam in fomentis quàm in cataplasmatibus, quàm ceteris uaporibus cõstituta.

Cerotaria

Cerotaria quoq; ex oleo cyprino habente sinapis puluerem adhibenda sunt, quibus ad exteriores cutes pulmonis laborantis causa interior prouocetur. nam & uentosæ impositæ par beneficium etiam mitigando præstiterunt. In declinatione uero huiuscemodi ægritudinis emplastris & malagmatis amynticis uti nos côuenit pro tempore aptis, & humanioribus lauacris, & cæteris quibus post tantam ægritudinem reparare membra lassiora & roborare facilius ualeamus.

## DE SYNANCHICIS VI

Duplex est Synanchicorũ species: una, quæ cum tumore nimio uel indignatione gutturis & uuæ & faucium & uicinarũ partium efficitur: altera sine tumore, hisdem tamen inhærentibus signis uel accidentibus, quæ plus periculi facere consueuit. hanc eandem cynanchen medici appellare consueuerunt. meatus utrisq; transuorandi difficilis fiet, & de conclusione locorum uel suspirio etiam nauseando periclitantur. hi hoc modo curandi erũt. cubiculum maius calidum procurandum est. Clystere acriore officium uentris cogemus. & si ætas eorum adhuc calidior fuerit, phlebotomo liberantur ex ueris sub lingua apparentibus, eo sanè tempore quo necessitas coegerit detractionis. ubi enim febriũ timor defuerit, etiam post tertium diem sanguinis detractio nõ negatur. Gargarismatio uero has causas faucium frequentissime tali nouimus rele-

uari: melicrato in quo aut cantabrum coquendum est, aut fici sicci, aut gallæ quassatæ, aut rosa sicca; aut lenticula, aut omphacium: aliqua ex his aut certe omnia ut superius contexuimus concoquenda sunt. Nam & andronius trociscus omnibus medicis approbatus si cum passo uel careno teratur, & molli pinna his locis adhibeatur, satis iuuat. Sic etiam de flore rosarũ & alumine scisso & diphrige lapide simul cõbusto confectus puluis similiter temperatus commodius adhibetur: & cætera medicamenta, ut anthera, & his similia anteriorũ autoritate compeobata. Interea sacellis uel fotibus cataplasmatibusq; æque chalasticis & paregoricis, locis faucium periclitantibus, & pectoris uicinis partibus, imminebo. Cibis uero temporibus cõpetentibus, humidis calidis & tenuioribus nutriendi sunt. acutæ etenim ægritudines aliter utilius gubernari nõ poterunt.

## DE APOPLECTICIS VII

APoplectici appellati sunt, eo quod ueluti ictu quodã repentino percutiantur, uel quod totius corporis frigidissimi desperatione & grauedine iaceãt sine sensu. Etiam hæc equidem passio acuta est & temporalis, nunq; penitus sociata cum chronicis, nimium sollicita, sine febribus tamen. De his igitur Hippocrates, nostræ huius professionis autoritas, sic sua sententia iudicauit. Apoplecticos inquit graui ictu perculsos nullo pacto penitus curari posse: leuiores attamẽ, licet difficile

difficile,liberari;Huic etiam ego obediens,hos sic suadeo uisitari,ut eos quos sine sensu penitus inspexero iacentes & nimium frigidos, anhelantes tantũmodo, plena eos desperatione pronunciem. Quos uero leuiores,ut dixi, & aliquem sensum proprium continentes, sono narium respirãtes,pinna prolixiore interiora faucium attingendo, si fieri potest cibos aut phlegmata per uomitum prouocare debebimus. sternutamentis acrioribus eorum capita commouenda sunt. Vnguentis uel fricamentis acrioribus & calidis omnes eorum articulos mixto nitro & pipere infundi suadeo: extremitatem uero intestini taurino felle tangendam, aut puluere staphidis agriæ, quam siluaticam uuam aliqui appellant. balanos supponimus acres ac thermanticos, consueuerunt etenim his adiutorijs coacti scybala uel urinas uel phlegmata frequenter excludere. Cognoscentibus uero & respondentibus intrepide phlebotomiã adhibebo, si tamen nimium senex non fuerit. Succis eos ptisanæ uel alicæ cum oximeli gubernabo:aquam calidã potui dabo. Cum uero transacto periculo præsenti ad paralysin, ut frequenter cõtingit, causa fuerit deriuata,seruato tempore quo de paralysi tractaturi sumus,etiam eorum ordinabo remedia.

## DE HYDROPHOBIS VIII

HYdrophobicorũ causam aliqui ex morsu canis rabiosi,aliqui ex serpentum, euenire asseuerant.

Sed has origines ſolicite nos ſcrutari ſuperfluum eſt: occupatos etenim hoc morbo moleſtũ nil iuuat originem didiciſſe. Igitur cum initia huius manifeſta fuerint paſſionis, emergit primo quædam ueluti irrationabilis animi deſperatio repentina, & frequentes iracundiæ. Item pigreſcunt ad omnia: inſomnietates uel certe ſomnos terribiles patiuntur. his & ſtomachi grauedo cum corruptela ciborum emergit: lauacrorum inconſueta uitatio. aerem ſerenum ueluti pluuioſum perhorreſcunt. uitare etiam bibendi conſuetudinem tentant. tum etiam quicquid liquidum & humidum horrent, ſoliciti ne forte aqua ab aliquo nominetur. At uero cum hos paſſio plena poſſederit, quantum in deſideranda potione his acceſſerit deſiderium, tantum timor in accipiendo geminatur. Ad hæc phlebotomo prius occurrendum eſt, ſi nos nulla prohibuerint cætera præiudicia, & ut ſuperius dictum eſt, quo neceſſitas coegerit tempore. Vbi enim febrium timor defuerit, etiam poſt tertium diem detractio ſanguinis non negatur. Item dabo gentianæ radicis puluerem in melicrato coclearium unum, dabo theriacam, dabo coagulum leporis tritum ſimiliter cum melicrato. Dabo etiam canum catulorũ coagulũ, dabo etiam cancrorum fluminalium puluerem combuſtorũ. Vulnera autem eorum à plena ſanatione ut poſſumus differemus, admouendo medicamenta quæ diu & humecta &

cta & sordida eadem uulnera faciant permanere. admoueo etiam interea hisdem locis sanguisugas: admoueo caustica. patentia enim diu loca paulatim ueneno si ex uulneribus manantis humoris minime poterunt prohibere digestionẽ. Pectus eorum uel stomachum seminum chalasticis cataplasmatibus adiuuabo. iuuabo etiam cerotario ex aloe, mastiche, & nardino oleo temperato. Caput eorum oleo anetino uel chamæmelino tepido infundo. uomitibus & clysteribus releuandi erunt. stomacho uentosas impono frequẽter cucurbitas: & unguentis ex sansuci herba uel absinthio confectis pręcordia perfricabo. cogo interea & suadeo per interualla ad balneas ire debere, & solij fomento calido eos posse iuuari asseuerabo. procurabo cibos non soporiferis speciebus: si in tempore non deerit, etiam sagapenum aut laser admisceo.

DE ILEODIS, COLICIS, STROPHO IX

ILeotũ, colicorũ & strophi similis est omnib. doloris molestia, diuersis attamẽ accidentib. separantᷣ. Strophos est leuis uentris tantummodo dolor: qui leui adiutorio aut uaporum aut uentris expositione aut lauacrorum fomentatione compescitur. Colicorũ uero intestini unius querela grauissima est: & plerũq; lege chronica statutis & præfinitis ueluti temporibus commouentur, ut iam temporis magis molestiam quàm uitæ periculum reformident. Ileotum autem passio de qua

nunc

nunc nobis tractatus interponitur, acuta est & sub an
gusto tempore periculosa. Primo quod uentris totius
& stomachi uentositate tenduntur: uesicæ, inguinum,
coxarum, & omnium uicinarum partiũ doloribus op-
primuntur: scybalorum interclusione nimia colligan-
tur, usq; adeo ut etiã clystere frequenter adhibito non
fimum sed uentositatem solam inutilem egerere uide-
antur. Saliuarum frequenti profluuio perseuerante co-
guntur in nauseas, ut nõ solum phlegmata uel humo-
res, sed etiã (dictu horribile & uisu) stercora per os co-
gantur excludere. Ad hæc igitur accidentia quantis
possumus adiutorijs hoc ordine succurrendum est, ua
poribus frequentibus & cataplasmatibus de cymini
puluere & synonis semine temperatis immineo: inie-
ctionibus quoq; ex supradictarum specierum deco-
ctione confectis, admiscentes sucos foenigræci, quibus
ruta uiridis decoquenda erit. Item etiam ex oleo cosco
mixtis anserinis adipibus, aut castorei puluere cũ oleo
uetustissimo: utilius sic ex laurino uel cyprino uel glau
cino temperentur. Vtimur uentosis cucurbitis ignidio
ribus, uiolentius euellendis. Et si adhuc doloris mole-
stia perseuerauerit, phlebotomum adhibebo: perseue
rando tamen fricationibus manibus uel sabanis cali-
dis. Scybalorum uero egerendorum causa, primo eos
chalastico clystere compello. qui si contemptus fuerit,
in secundis acrioribus imminebo, colocyntida deco-
queris

quens fuco betarum, & similibus ceteris aspere prouocātibus. Sin uero ex suspicione potionis ueneniosę perceptæ hoc euenisse cognoueris, theriacam cum uino dare conueniet, uentrem prouocabis ex lacte decocto quod schiston appellamus, in quo coqui facies uel dissolui aut aloe aut scamoniam. addes etiam adiutoria de græco euporisto compendiosa.

## DE SPASMIS X

Spasmus appellatus est ex tensione uel contractione neruorum & uicinorum musculorum, ceruicis quāmaxime impatienti dolore consentientis, ut etiam ad respondendum os facile aperire non possint. Nam sub hoc titulo spasmi, uariæ sunt huius passionis figuræ. Spasmus per omne corpus extensionem rigidam temporalem quidem habet, sub qua ita tenduntur, ut sub uno schemate iacentes tensione molesta & inflexibili teneantur. Quos uero pronos contractio habet, emprosthotonicos dicimus: quos autem ad posteriora reclinatos, opisthotonicos appellamus. Hæc accidentia corporibus frequenter sine febribus euenire consueuerunt, quæ quibus superuenerint, causam soluunt. Superuenientibus uero febribus, uitæ semper periculum minicantur. Sed hæc supradictæ discretionis, una eademq; medicinæ diligentia utsitantur. Primis diebus commodius phlebotomo succurrendum est, si tamen post omnia adiutoria cōpetentia minime prætermit-

tas, fricamentis, uel unguentis omnia loca diligentius corriganda sunt, uino & oleo temperatis, cubiculo calido & lucido procurato. Neruis uero tensis & inflexibilibus fomenta uel folia ex oleo chalastico calidissimo procurabo. cucurbitas cum detractione sanguinis competenti tempore adhibebo uentrem promrabo ex clystere simpliciore. Cibis congruis & digestibilibus nutrio: ut sunt oua thermapala: buccellæ cãdidæ in aqua calida maceratæ, frequẽter etiam melicrato infusæ, inferendæ erunt. Et si adiutoriis supradictis releuati etiã oris ceperint impedimento carere, maluas discoctas, & minutos pisciculos anetino iuscello decoctos, plena iam confidentia subministrabo, frequẽter etiam cum embãmate ex oenomeli temperato. Lactis his copia neganda non erit. omnibus uero tensionibus post fomenta chalastica ex oleo Sicyonio inunctionem adhibebo, & acopa calidiora: & cataplasmate chalastico loca diutius mitigabo. Post clysterẽ uero chalasticum expositis scybalis, enematis uti nos conuenier, rutato oleo commixto castoreo. conueniet etiam locis de salibus calidis adhibere sacellos. Nã & carbonibus proxime calentibus lectos & stramina calidiora procura. Cerotaria uel acopa ex oleo cyprino his frequẽter adhibenda sunt. & adipes leonum galbano cõmixti pae beneficium procurarũt. Dabo etiam interea potiones huiusmodi: castorei puluerem cum melicrato, aliquotiens

tiens piperis quippiam intermiscens: dabo silphium cum pipere & melicrato similiter: dabo etiam diureticas potiones, dabo somniferas: procurabo etiam aquarum beneficia natura calidarum, per quæ post declinationem ægritudinis his multum natura earum mederi consueuit.

## DE SATYRIASI XI

Satyriasis, gonorrœa, uel priapismus, quibus similis est sub immoderata patratione molestia, his accidentibus disterminantur. gonorrœa sine ueretri extensioe uel usus desidetio, spermatis affluentissima sub effusione corpora debilitat, & per chronica tempora producitur. Satyriasis uero ex certa corporis incommoditate, quæ etiam mulieribus aliquãdo contingit, quam metromaniam aliqui appellauerunt, & desiderium insatiabile, & tensionem particulæ cum assidua patratione facit: & licet sine febribus attamẽ inter acutas & temporales ægritudines numeratur. hanc passionem priapismon aliqui appellauerunt. Sic itaq; curandi erunt, qui sub utrisq; cognomentis ægrotant. Fricatione palestræ per initia omne eorum corpus exerceo, post identidem penitus quiescendũ est. Vapores stypticos frequentius supponimus sub tegmine uel mutoi omne totius corporis, unguo sub uaporẽ calefacto ex acacia uel hypocistida, cicutæ herbæ suco contrita & resoluta. tunc ipsis partibus duras superaddimus frica

tiones maniuum uel fabanorum paulo asperiorum. Cibos stypticos omnes cum aceto ministrabo, uitans calidos & qui inflationem possint concitare corporibus. hi etenim frequenter usum erigere uenerium consueuunt. Sic etiam potus subministrandus erit. sed tamen omnia hæc mediocriter & rarius exhibēda sunt, ut ex hoc ueluti famem uel sitim procurare possimus. Si uero passionis huius molestia diutius perseuerauerit, ut & tensio & desiderium impatientissime protendatur, laminā plumbi renibus & partibus uicinis apponam. nam & uentosis cucurbitis assiduis eadē loca fatiganda sunt. dropaces quoq; imponendi erūt ab omnibus carnosis cibis & multum nutrientibus abstinēdi sunt ab odoribus bonis uel thymiamatibus: ab aspectu uel commotione pulchearum penitus figurarum, ut neq; tangendi neq; uisendi eis copia præbeatur. Quibus uero aut ætatis uergentis defectione, aut morbis locis residentibus, ueluti partes frigētes usus ueneris officiū pernegarint, tunc è cōtrario eis his adiutorijs famulabor. Cōuenit exercitio uti medioc, cōuenit in modū palestræ manibus fricari fœmineis, molli & delicata uirtute innitentibus: fricationibus inquam quammaxime locorum inferiorum, inguinum & femorum, unguentis calidioribus & mordētibus, nitri, uel pipis, uel euphorbij, uel similium specierum, quæ erigēndo uaporem corporum, desideriū uel usum uenerū ualeant

ministrare

ministrare. Etiam his dropaces adhibebo renibus uel inguinibus, & eodem balano, cibis uero ralidioribus urae, inflantibus uel erigentibus membra frigentia: ut est uinum boni odoris, uel œnomeli, alica, amylum, pinus nuclei: porri, erucæ, bulbi, oua recentia, & similia quæ per potiones accepta uitile semp officiũ reparãt. reparatũ est & pipere, satyrio, & scinco, & erucæ semine, etiã cæteris adiutorijs par beneficiũ ministrantib. quæ quammaxime in libro physicorum commodius disponimus. Interea eos quiescere conuenit non solum noctis spatio uerum etiam diei, uti plumis & mollioribus opertorijs uel straminibus conuenit. Interea puellarum speciosarum seruitium procurandum est. Vtendum sané lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitæ Philippi aut Herodiani, aut certe Sirij aut Amblij. uel cæteris suauiter amatorias fabulas describentibus.

## DE CARDIACIS SIVE DIAPHORETICIS. XII

Licet quamplurimorum sententiæ ita definierint, sicuti hæc eadẽ professio nominis attestatur, cordis uitio hanc ægritudinem fieri, eis atramen ego non facile adcommodabo consensum. Nunquam etenim clatuit indicium manifestum, quod attentari in aliquo naturam cordis intelligeremus. Est autẽ totius corporis, & uirium plena resolutio, quam cardiacam diapho

resin appellamus, quã sudor uiscosus & frigidus perfe/ ctans interemptis uiribus manifestat: præeuntibus attamen acutis febribus & flammarum interiorum ar doribus, quem aliqui causona appellauerunt. Hæc igi/ tur passio frequentius iuuenibus quàm cæteris ætati/ bus euenire consueuit, in augmento ægritudinis, hoc est circa diem sextum, & quãmaxime eo tempore quo æstas calidior incanduerit. Licet ergo in omnibus ge/ neraliter præmonuerimus, ad malarum ægritudinum necessitates gubernandas temporibus seruiri debere: attamen magna ui & periculo interposito, dum sudo/ ris illius emerserit iniquitas, tum uirium defectus & ex eo præsens uitæ periculũ, tunc confusis & prætermissis temporum rationibus, adiutorijs circũuallantibus im/ minemus: & nunc cubiculum frigidum, nunc lectum straminibus ueteribus lineis dispositum, nunc flabel/ la, nunc quoq; pannos nardo & uino infusos præcor/ dijs eorum imponimus. cataplasmata uero frigida & styptica imponenda sunt eorũ præcordijs, strichnum aut aizoon aut rubos aut thebaicos dactylos aut cadu cum maligranati uel œnanthes habentia. Certissimum est etenim, singularum specierũ quenquam medicum benemerita cognoscentem, etiam temperiem uel com mixtionem adiutoriorũ posse disponere. Faciem ergo eorum ex posca frigida uel uino styptico fomentabo. Pulueribus aspergo membra sudantia, mentæ uel ro/

sarum

fartim folijs ficcis contufis & cribellatis. Gipfi naxij, mannæ thuris, gallarum, omnibus fingulis tunfis & cómixtis tum uino ftyptico uel eius fecibus, fimul mixtis odoribus bonis uel thymiamatibus, uires labentes & membra deficientia reparabo. Articulos eorum oleo cucumeracio, uel nimis uetufto, mixto puluere nitri uel piperis, piretri uel adarches uel urticę feminibus defricabo, uel iofundo. Quo calorem ingenitum emorientem reparare quadantenus ualeamus, nutriam fucis modicis fed freqūētioribus, frigidis tamen, quibus fudoris feralis nimietate uires emorientes exfufcitem: nutrio potando, ut potero: nutrio fimiliter per clyfterem uel alicæ uel ptifanę fucis, ut fupra dixi: quibus ungulas porcorum ufq; in plenam earum decoctionem concoqui fuadeo. Aquam frigidam fimiliter per interualla fubminiftrabo, & fi ætatis adhuc uapor calidior coegerit, niuatas non afpernabor.

DE CHOLERA XIII

CHolera paffio molefta, fub angufto tempore follicita, omnibus acutis ægritudinib. uelocior. nam hæc fub uno die, ut frequenter experti fumus, uitæ terminū fecit: dum fubitanei uomitus, uentris quoq; innumeræ effufiones, fub dolore nimio præcordiorum, uel totius corporis interiorem omnem fæpe fubftantiam effuderunt. Eft étiam huic fimile in diarroea periculum, fed eo diftat quod diarroici fola uentris mole-

ftia

stia, & sub longo tractu temporũ aliquotiens fatigantur. Cholera uero ex utrisq; effusionibus, sæpe & sub angusto tempore homines pernecarit. Ergo cum interiora præcordiorum, humorum minacium prius occupauerit conglobatio, ut thlipseis uel angostias nimios quoq; dolores efficiat, tunc nos aquam calidã in tempore porrigemus, per uomitus eius procurabimus digestionem. At cum se eádem eorum impetus torrens & repentinus eruperit, ut ex utrisq; terribilis effundatur, sic si possumus, præsens periculum remouemus: Oleo calido omne eorum corpus infundimus: articulos fasciolis adstringimus, neruos omnes & loca cõtrahentia lanis infusis eodẽ oleo calidissimis munimus. Vtimur quoq; etiã cerotario è nardino oleo & cyprino & glaucino aut irino temperato. Si uero intercepis uiribus plena fuerit desperatio, odores uel thymiamata his propter reparationẽ adhibebimus. Cibos dabimus competentes, sucos lentis, tum aceto oua: sic rapula, uuam fabridam, buccellas mero infusas, ungulas porcorum uel iuscellum gallinarum, concoquendo strichnum uel aizoon aut rubum. Dabo potum frigidum, dabo uiuatã, colũbos mam subductos. his etiã perdices eodẽ modo cõuenit ministrari. Cataplasmata uero omnia adhibenda sunt quæ diaphoreticis.

De paralyticis

quibus membra post curam semper cali/ dissimis munienda sunt. cucurbitas interea locis pin/ guioribus admouebo, aquis chalasticis fomentabo ex puleio, nepita, iri illyrica, è uisco uel seminum decoctio nibus. Acopa uero uel unguenta adhibebo, ex pice, resina, pipere, uel euphorbio, adarche, laurino oleo, cõ fectura medici tẽperata. exercitijs cõpetentibus mem/ bra recolligo. Frequenter hieram his dare conuenit. Quibus uero sine sensu partes attentatæ diriguerint, hyemis tempore aut æstate similiter laborantibus, un guenta hæc adhibenda erunt: è scilla & euphorbio ta/ psia pirettro adarche & oleo glaucino. Si loca uero e/ marcuerint diu hoc morbo uexara, cucurbitas dropa/ ces lauacra & cætera adiutoria similia post cibos adhi bebo quammaxime. & significo præterea aliquando paralysin per solutionem obuenire membrorum, ali/ quotiens per contractionem. & quoniã accidentia sibi inuicem contraria sunt, non una diligentia uisitanda sunt, eorum nunc curas disterminabo. Collecta igitur membra, & causæ ui repentina contractione minora/ ta, omnibus chalasticis adiutorijs resoluẽda sunt, mol libus manuum fricationibus & unguentis ex diuersis adipibus & medullis, quæ possint lora contrahentia relaxare, utar fomentis similiter aquatum chalastica/ rum ex seminum decoctione, & altheæ radicibus. In/

m dico

dico interea solam aquam calidam esse potandam. sanè conredendum est aut appiatum, aut hydromeli. Resoluta uero membra omnibus stypticis adiutorijs & frigidioribus colligenda sunt. siccis fricationibus: unguentis quoq; mordentibus colligenda sunt ex oleo cyprino uel calce uiua euphorbio castoreo adarche & similibus cæteris temperatis. nam & ligna iacentia subinde eos suadeo debere trāscendere. Sanè si pes ex hac resolutione usum penitus ambulandi negauerit, laminam plumbeā prius unciarum trium articulis eiusdem pedis admouebo, intra tertium diem uncias singulas superaddens. hoc diebus XL seruaː illa ponderatione quę eo tempore creuerit, usum nouerit sustinere. post uero simili detractione plumbi diebus prioribus superaddita detracturus sum: quod pes ille qui ut colligeretur pondera sustinebat, eadem subductione identidem releuetur. Interea quotidie horis matutinis lamina detracta unguentis & cæteris adiutorijs immimebo. Hoc uitium plerunq; etiam in oculis euenisse uidimus. nam phthisis & mydriasis certissima paralysis oculorum est. phthisis ex constrictione uel diminutione pupillæ contingit: ex resolutione uero pupillæ mydriasis, quam medici platycoriasin appellauere. Diuersis igitur eorum accidentibus diuerse disponendum erit: ut altera fomentis & unctionibus stypticis & constringentibus colligatur: altera chalasticaminibus nu-

trientibus

trictibus relaxetur. Sed de utrisq; difficilis est mydriasis: in omnibus etenim generaliter causis frequenter facilius constricta resoluimus, quàm resoluta constringimus. De aquis uero naturalibus certissimum est, quoniam dulcia semper & calida lauacra corpora relaxaueeũt: naturalia uero salsa uel bituminea uel sulfurea, relaxata corpora collegeeunt.

## DE CATARRHO XX

OMnis catarrhus sollicite uisitandus est, cui origo de capite est & principium. deriuatio etenim ex eo defluens, per uarias arterias continuo infunditur: quæ adregere solet loca, & superseuerantia neglecta debilitat. nam sub tribus differentijs ex hoc hæ causæ fiunt. fit in naribus cui nomẽ est coriza. fit in faucibus qui dicitur bronchos. fit etiã in thorace, qui si diu permanserit & pulmones inuaserit, phthisin illam insana bilẽ facit. non prætereo interea, quod ad inferiora cum se præceps dimiserit, secum trahens ui & pondere materiam uitiorum, læsis frequenter præcordiocum uitalibus locis aliquas passiones transieu infigit. & tandem disperata pedum loca occupat difficile remouendus. sed quoniã prius omne corpus inquietat, ueluti quoddam pondus cum sensu uel dolore leuissimo omnes particulas corporis sine febribus apprehendens, cum sensu eiusdem rheumatis descendentis, capite quammaxime prius solicitato, cui cum cæteris uitijs & proxi

mis membris hanc diligentiam interim ordinamus, in sequenti etiam pulsatis uel occupatis partibus quid expediat designabo. omne igitur corpus calidis & siccantibus unctionibus perunguimus, cubiculo munito & calefacto, operimentis etiam super lanarũ mollium infusarum: caput quammaxime morborum omnium causam frequentius curo calido oleo cyprino uel laurino siue glaucino uel cucumeracio. Conueniet interea per initia rheumatizanti diuturnam quietem indicere: conueniet similiter etiam cibus sine potione, sub cuius detractione sitis multum profuit procurata, sed magis longo interuallo uinum largius cogantur accipere, salsos quoque cibos, quo sub utrisque coacta ebrietas sui natura desiccans protinus medeatur. uentrem præ omnibus purgandum admoneo. sanè si cum his adiutoriis humanius causa profecerit, unguentis tũc supradictis cum tali fricatione imminendum est, ut palestræ exercitium imitetur, quammaxime ut inferiora fortius defricentur. euocatus etenim de superioribus rheumatismus, solicita superiorum loca, quæ cum periculo attentare poterat, derelinquit & subciuli ægritudine medicinæ iam beneficiis repugnamus. ungueta supradicta cum opobalsamo tempetabo. potionem uini & mellis aqua mixta ubi rutam uiridẽ coquo, dabo: ubi etiam piretrũ, ubi piperis puluerem aspergam. Interea cum nares occupauerit, odoribus ex melantio mitigabo, & easdem

easdem frequenter unctionibus superioribus tango.
Si fauces inquietauerit, gargarismatis stypticis immi-
nebo, quæ in primu phænomenon ordinata transegi-
mus: perseuerantibus sane adiutorijs capiti, totoq; cor
pori ungentis superioribus. Si thoracem occupauerit,
loci naturam uel uicini pulmonis cõsiderans solicitius
ustabo. unguentis & cæteris supradictis imminebo,
confectis cum opobalsamo, quo de altitudine ad tho-
racis superficiem euocare possumus rheumatismum.
Si tussicula superuenerit, quæ mala uicinitate pulmo-
nem quasi quadam contagione solicitet: habita consi-
deratione ad inferiora humor ille, ne in thorace diu re
sideat, deponendus erit: perseuerãtibus attamen prius
adiutorijs ordinatis superaddo sanè, plantas eorũ pi-
ce liquida tangi debere, & fricari unguẽtis supradictis
eam partem pectoris, admotis proxime carbonibus,
quo plus aut euocare in superficiẽ, aut loco siccare rheu
mata ualeamus. Interea licet etiam constrictionis mo-
lestia sæpe præualeat, ut phlegmata difficilius egeran
tur, quorum digestio tussientes releuare consueuit: his
eligmata uel potiones dari faciã, ex origano, thymo,
ruta uiridi, cum melicrato aut melle despumato, confe
ctas ex pinguiũ ficorum decoctione cum oximeli. Et si
identidem humoribus multum solutis, fluxus sputo-
rum inquietudines & uigilias procurarit, tunc ad eo-
rum coagulationem uel digestionem sucum ptisanæ

uel alicæ dabo, aut lentem cum melle coctam: dabo omnes pultes cum pipere: dabo salsamenta quæ uolet: dabo in nocte antidotia, è pipere, myrra, storace, galbano, opio, cum melle attico temperatis: quæ & coagulare ualeant phlegmata, & somnos inuitent: quæ sui natura & soluta constringant, & beneficio præsenti tussire minus faciant dormientes. Monitum te interea uolo, omnia loca quæ rheumate facilius infestantur, superioribus adiutorijs imminētibus posse facilius desiccari; quæ si forte uetusta & perseuerātia exegere adiutoria, tunc ad cycli beneficia decurrimus. nouimus etenim causis difficilibus, magnis medicinæ remedijs obuiari. Igitur quoniam aliquando diu pertinax rheumatismus adiutorijs medicinæ desistētibus, quod aut locorum ratione aut substantia, aut certe medicorum inopia uel imperitia sępe contingit, pulmonibus ustionem infigit, & phthisin penè incurabilem facit: huic nunc pro causæ magnitudine uel præiudicio temporis, curam ut possumus & diligentiam ordinamus.

### DE PHTHISICIS XXI

PHthisicos & apoplecticos una sub sorte uel conditione medicina disperat, licet & ueterum sententia sic fuerit definitū. unde per initia eos ut possumus remedijs adiuuamus: chronicos uero plena iā sub desperatione, nō iā ut medicorū officio, sed tantū ut amicorū solatio uisitamus, ergo per initia spei, sub qua futu

ros

ros omnes nos labores impédimus, hoc ordine phthi
sicos curo. Febriũ ergo frequenter his ex necessitate ac-
cidentiũ tempora cõsiderans, cibos & adiutoria mini-
strabo. cõsuerũt etenim sub quodã ueluti typico cha
ractere uespertinis magis febrib. admoneri, ut aliquã-
do cotidie, aliquotiens circa diem tertiũ, moueãtur. Ci
bos itaq; sorbiles dabo. & si uirium alia nos cura con-
strinxerit, concedo etiam solidiores pultes quas uolet,
agnorum cerebra uel hedorum, acrones caprarũ siue
porcorum, uel summ ubi supradicta decoxerint: aut
certe aplozomon ex salibus oleo & aneto & aqua, ubi
eædem ungulæ supradictæ maduerint. dabo caponũ
maiorum testes, dabo columbos matri subtractos, da
bo pisces asperos, dabo conchilia in embammate ex
aniso ligustico pipere & similibus cæteris melle & ace-
to commixto. Desistentibus forte iam aliquando fe-
bribus, etiam salsamenta ministro. tunc iam totius cor
poris fricamentis siccis prius ut palestra pro uiriũ con
sideratione uti conueniet, quammaxime rapitis guttu
ris uel thoracis: omnibus his utor, omnibus adiutorijs
immineo, necubi natura cõsentiente corpus omne iam
rheumatismo plene possessum, aliquatenus ualeã de-
siccare. Dabo antidota ex pipere, dabo thetiarã rum
mellito, dabo diaprassium: adhibebo epithemata
similis sub uirtute operantia, quæ calefaciendo siccare
loca contendant, caueant aerum nimietates, æstus &
frigora

frigora. & si sub proxima desperatione iam nos obsedent naturæ fragilitas, escas & cauteres partibus thoracis insigo, necubi factis & patefactis ulcerum meatibus, forsan eorum digestionibus releuentur.

### DE SANGVINIS EMISSIONE INTERIORUM. XXII

SAnguinis effusio licet pro locorum qualitate aliquando salubris existat, attamen generaliter omnes cum horrenda & terribili inspectione uisitantur. fit itaq; locis diuersis sanguinem emittentibus sub trina ulneratione causatio. fit primo crepido, fit io sequenti putredo, fit ex utrisq; superioribus eiusdē loci uel uenę patulum orificium incurabile. Locorum itaq; emittentium nomina curis interpositis designabo. Cum ergo ex meningæ partib. sanguis eruperit, qui uapore quodam cum saltu uenarum inconsueto cum sudore & dolore totius capitis publicatur, hoc pacto constringendus uel prohibendus erit: Detonsis capillis eidem meningæ puluis thuris masculi uel maonæ eius, aut naxij aut amyli aut lemoiæ aspergendus erit: aut cum aceto mixtus inliniendus est. huic fotus ex oleo roseo infrigidato adhibendus est, aut ex sucis herbarum specialiter stypticatum: ut est arnoglossus, strictum, portulaca, rosa sicca uel cætera. ibi uero calefacientes meningam prohibendi sunt. cum de oculis æmorragia emerserit, aqua frigida uel posca defricandi, in sequenti

uero

uero moro pingui inunguendi erunt: & cætera quæ in subiectis uenis crepantibus adhibebimus. Cum de auribus sanguis erupent, aqua his uel posca frigida infundenda erit: & cætera quæ oculis facienda esse ordinauimus. Cum de naribus eruperit, Phænomenon libellus superior omnē earum curam docebit & instructionem. Cum de faucibus uel gutture uel palato erupent, sucis frigidis uel stypticis insistimus. Cū de uua eruperit, posca primo frigida imminendum erit: quæ si minime ualuerit prohibere, uirgula auri uel argenti ignefacta, loco sanguinanti suppono, ut cautere protinus compescatur. Cum uero de stomacho obuenerit, dabo ad massandum glycyrdiæ surculum, dabo symphyti radicem, dabo gummi, dabo tragacanthum: dabo poscam frigidam, ubi naxij puluerem aspergo. dabo similiter amylum tritum, dabo raponticum, dabo etiā sucos herbarū stypticarū quas supra memoraui mus. Cibos uero stypticos, aut ex oriza aut ex lente uel sucis eorum, in quibus illa styptica concoquenda erunt. Dabo interea mala cydonia, dabo thebaicos: sorba quoq; & castaneas uel eorum decoctiones. his etiam diacodion conuenit in noctem accipere. nam & epithemata styptica conueniunt: ut est diatheon aut diaphœnicon, aut certe barbara, quæ de bitumine iudaico conficitur. Cum uero de thorace emerserit, quod solicite uisitandum erit, primo phlebotomū adhiben-

n dum est

dum est: & cibi ordinandi sunt superiores, qui de stomacho iactātibus ordinati sunt. eorum uero articulos, uel extrema fœmorum fasciolis competēter astringo, spongiam uero posca frigida infusam thoracis partibus adhuc calentibus superimpono. imminebo huic adiutorio diebus continuis quinq;, frequentius immutando, post uero emplastris uti nos cōueniet, superius ordinatis de stomacho iactātibus, super quæ commodius lanas sucidas superimponimus, oleo quoq; myrteo uel lentiscino mixto cū aceto. Si his adhibitis sanguinis adhuc perseuerauerit insolentia, detracto aceto uinum est commiscendum. Accedentibus uero febribus si etiam tussicula cœperit inquietare, cataplasmata sunt de subiectis: ut sunt dactyli, sorba, rosa sicca, flos maligranati, acacia, hypocistida, alumen: omnia hæc simul, aut quæ inueniri poterunt, in sucis rons syriaci coquuntur, & temperātur. Horis uero his quibus sanguinē emittunt, ex decoctionibus supradictarum specierum, aut immaturarum uuarum, aut mollibus uitium folijs uel racemis aut capreolis, aut polygonij aut castanearum ingero potiones. Cum autem de pulmonibus hoc emerserit, quod nimiū periculosum est, sub gemina uel trina sanguinis detractione phlebotomum nos adhibere conueniet. & his omnibus imminebo, quæ de thoracis partibus ordinata sunt, tam in cibis quàm in ceteris adiutorijs, hos interea cū aliquid

nos

nos de eorũm salute proficere agnouerimus, unctionibus & gestationibus uel fricationibus, quibus membra inania nutriãtur, mediocriter perunguimus. Cum de partibus sanè muliebribus sanguis eruperit, his in gynæceo libello quid expediat sequẽti lectione disposui. Vnum interea hoc generale edico, omnibus ex locis interioribus, & quo sanguis poterit eructare, per infia cuncta adiutoria uel præcepta frigida, quæ cõstringere & glutinare poterũt, adhibenda esse. In sequenti uero cum humanior prouectus causarum attiserit, calidis & nutrientibus imminendum.

DE EMPYICIS XXIII

EMpyici frequenter fiunt ulcere in interioribus uel apostemate præeunte, quibus cum febres superuenerint, temporibus consideratis & adiutoria & cibi parciores sunt ordinandi, tunc quammaxime cum eos orexis accipiẽdi coegerit. Interea hysopi puluerem uel abrotani mixtis seminibus in decoctione pinguium caricarum dabo: frequẽter melicratum simplex, dabo etiam in quo puleium aut hysopum aut marrubiũ aut ruta uiridis aut thymum decoquendum est. Aspergo sanè in melicrato ad ulceta interiora purganda puluerem iris illyricæ: & electarium utor, quod ex lini semine fricto cum nucleis & melle despumato conficitur. Hippocrates uero nucleos cum galbano & melle attico in his similibus causis ad purganda ulceta in interiorib.

n 2 præcipit

consumit. quorũ curam sic plus impendo, ut in eorum uirium festinem reparationẽ, ut uinum lene & album, balnea & deãbulatio uel gestatio, unctio uel fricatio, ubi analimotici mediocriter ministrentur. Frequenter enim membris & uiribus reparans phthisis imminẽs uel hæc eadem perseuerans ægritudo depulsa est. Iuuantur locorum uel aeris mutationibus: & his utilius lõgas peregrinationes indicimus. Adhibeo dropaces, & cætera quæ cyclo cõueniunt, partibus præcordiorũ & capiti. Viribus uero iam proficientibus, aquis naturalibus uti plus conueniet. & si aliquod adhuc ex superioribus accidentibus perseuerauerit symptoma, superiorum ægritudinum remedijs adiuuabo.

DE ASMATICIS VEL SVSPIRIOSIS XXV

Asmaticis uel suspiriosis sẽp molestissima causa pulmonum est. pingui eõim & frigido phlegmate pulmonibus adhærente, cauernæ uel meatus ibidem, quibus naturalis spiritus redditur, & accipitur, concludũtur, & ex hoc impedimento suspirium uel anhelitus molestissimus nascitur, ut sedendo magis q̃ iacendo respirent. hyeme & senibus quãmaxime hoc uicium familiare est. contingit aliquãdo etiam medijs ætatibus adhuc calidis, quos phlebotomo liberare necesse est. attameo si etiam à phlebotomo certa ratione prohibemur, tunc ieiunijs cõtinuis frequentibus in uicem detractionis sanguinis uti cõueniet. proderit etiã

potandi continentia, prodeĉunt cibi cum oximeli & pipere temperati, Dabo interea hysopi aut origani aut rutæ aut absinthij aut iris illyricæ aut calamintæ decoctionem ex melicrato calido. item cõficio ex his etiam eligmatia commoda suspiriosis. Conuenit etiam guttam ammoniaci dari tritam cum oximeli: & abrotani puluis similiter datur. castorei puluis plus operatur. & illa decoctio, in qua fœnumgræcum cum uua passa enucleata & rutam uiridem coquimus, frequenter danda erit. Sunt etiam trocisci magna approbatione diffamati, qui conficiuntur sic: anisum, sulfur uiuum, gutta ammoniaca, castoreum & melantiũ, ex æquo omnia tunsa cum aqua miscẽtur, & fiunt trocisci: quos postea tritos cum oximeli dari conueniet. & cubiculum his calidum in superioribus procurandum est. Relaxandis enim corporibus, & liberandis à conclusionibus, semper sunt inferiora contraria. lectus orthocathemenus accõmodãdus est. pectus eorũ calidis unguẽtis & uaporib. defricandũ est. cucurbitã cõtinuo cum detractione sanguinis admouebo. proderunt per interualla anetica etiam dropaces adhibiti. proderit sinapismus. proderunt aeris mutationes. iuuat peregrinatio longior. iuuat uomitus radicibus cum oximeli acceptis. conuenit exercitiũ. proderit currere cum uestibus laneis, quammaxime si hoc in procliuitate procuretur. utantur emplastris circa pectus amynticis, confectis ex trino pipe, te, ab

re, abrotano & castoreo & cyprino uel laurino cerotario: ex quibus supradictis etiam potiones & unguenta cofficio. Conuenit hietan dare, cõuenit acetum scilliticum sorbere in noctem: & ex eodem confectũ oximeli potui dare plus conuenit.

## DE EPATICIS XXVI

EPatis indignantis molesta querimonia est, cuius ad curam adiutoria etiam styptica conueniunt. Saepe etenim nonnulli methodici calidis tantummodo uel chalasticis adiutorijs imminentes ipsam epatis substantiam dissoluerunt. Oportet itaq; in fomentis uel cataplasmatibus uel cerotarijs & emplastris aliqua constriogentia chalasticis admiscere: ut est œnanthe, nardinum oleum uel melinũ, mala cydonia cocta, uel thebaici dactyli & cætera similia. fit interea hoc cerotarium epaticis competens sic: cera unc. I s. nardinum oleum unc. I. mastiche persica unc. I. aloe semunc. I. Hoc epaticis conuenit, sed sub quadam solutione laborantibus: ut aliquando uentris solutione, aliquando uomitibus aut etiam frequenti nausea commoueantur. quibus si hæc adhuc perseuerauerint accidẽtia, admisce cerotario supradicto aut lycium indicum aut œnanthen aut omphaciũ in semuncijs singulis. articuli corum tunc fasciolis cõstringendi sunt, & stomachus alphitis cum uino cataplasmandus. sed illa indignatio epatis ex cõstrictione magis obuenit, ut cum tensione

uel

uel cum duricia loci dolor nimius partes inquietet, qui & iugulo & omni parti dextræ molestiã ferat, febres acutas cõmoueat, uētres quoq; procuret, cõstrictione digestionis licet ex leuibus cibis nõ exhibeat officium competenter, ructus frequentes insuaues habeat, cum nimiũ fatigatione pallore quoq; corporis deformetur. hos primum conuenit iuuari phlebotomo. item oleo, ubi ruta anetum papauer lini semen coctum fuerit, calido fomentari, cataplasmandi sunt tempore competenti commotionis de hordei pollinibus, ubi diuretica aliqua commiscenda sunt: ut asarum aut petroselinum aut puleium aut daucum aut foeniculi semen & cætera similia, in melicrato, in quo ibiscum uel ficus pingues prius decoqui debebunt. Vtimur cerotario post cataplasma ex oleo samsucino, habēti quippiam salis nitri uel nasturcij aut sinapis, semper attamen samsuci necessario omnibus epaticis conueniunt. uti tunc conueniet etiam diacylon chalastico, cui adipes cõmiscendi sunt: aut certe diaspermaton, declinantibus uero accidentibus tunc etiam malagmati imminebo tali: gutta ammoniaci lib. I. bdelium unc. III. crocum unc. II. myrra semuncia, cera lib. I. oleum cyprinum siue irinum unc. VIII. aceti quod sufficiat, in quo gutta ammoniaci soluenda & terenda est. tunc fricamētis & exercitijs competentibus opus est. tunc potiones ex decoctionibus absinthij centauriæ rutæ agrestis siue pe-

troselini

trofelini cyperi uel hyfopi thymi & cæterarum diureticarum æquis portionibus etiã uiciofis uefícis ordinantur. nam etiam aloen folam tritam frequenter in melicrato dedi. Declinante penitus uicio hanc incunctanter potionem dabo femper: caftoreum, petrofelinum, piper album, cyperum: omnia æquis ponderibus tunduntur & cribellantur: & in melicrato unius coclearij quantitas femper bene datur. frequenter etiam lupi iecoris puluerem combufti dedi. aliqui uero amigdala amara cum cymino & apij femine æqua menfura trita omnia cum uino ieiunis dederũt, in modũ unius coclearij. & femen intyborũ cum aqua calida uel melicrato fimiliter adhibuerũt. fic & aneti fucũ cum melicrato: & cætera quæ huic paffioni alij collegę probaffe fe fuerint atteftati. nã & intyba frequent' comefta femper epaticos iuuauerunt. Si duritiã adduxerit longo tractu morbi neglectũ, omnia adhibebo quæ difficultatẽ callofitatis refoluere ualeant. omni corpore compatiente exercitijs omnibus fuperioribus imminebo. omnia fupenora lauacra concedo. falfos cibos & acres miniftrabo. de oleribus autẽ accipiant coliculos lapatij, radices quas raphanos appellamus: de pifcib. afperos fumãt, de carnibus quæ inueniri poterũt pinguiora: oliuas colymbadas, omnia falfamenta, cappatim, uina quæ mare tranfierũt. & omnib. fupradictis adiutorijs emplaftris uel malagmatibus, unguẽtis, uaporibus, & cęteris

iam omnibus ordine cōpetenti uti conueniet. his etiā omnis semper ordo cyclicus prodest: aeris mutationibus multum iuuantur, aquarū uero omnium naturalium uel maris lauacris eos frequenter iuuari suadeo.

## DE ICTERICIS XXVII

Consulte hoc in loco ictericorum ordinauimus passionem. fit enim ex epatis indignatione frequenter. quorum nonnullis similia sunt accidentia. & doloris deformatione sola disterminantur. fiunt equidem etiam ex stomachi uitio. fiunt plerunque etiam ex uentre inferiori. Ergo cum febribus si depatitatus fuerit ictericus phlebotomandus est: & mox omnia epaticorum adhibēda sunt adiutoria. Si apyreti fuerint, assiduis purgationibus coleram deducentibus releuandi sunt, euphorbio, epithymo, aloe, petroselino, pipere: hæc omnia ex æquo commiscenda sunt, & ex eorum puluere unū coleat in melicrato uel oximelle dari debet. purgat eos etiam ciceris albi decoctio, utilius etiam si ipsum cicer coctum accipiant. iuuantur absinthij pontici decoctionibus. Iuuantur si etiam aphronitra alba in uino soluta accipiant: & sulfuris uiui puluis in ouo datur. Ego frequenter etiā hieran dedi. si forte aliquid certæ alligationis dati catharctica prohibuerit, quæ semper his nouimus non leuiter profuisse, saltem uel uomitibus releuādi sunt. solicitius interea præcordiorum cura gerenda est, fouentibus e-

pat

par tamens & incitatum oleo nardino melino cenanthino ex lanis fucidis quammaxime in balneis. cataplasmabo eos interea admiscens seminibus absinthiū aut rutam aut centauriam aut cardamum, quæ epaticis ordinata sunt, quibus urinas prouocātes feruorem epans possimus remouere. Vtor etiam specialiter cyprino cerotario, admiscens terebintinam, melilotum, irin illyricam, & reliqua similia, quibus aut diamelilotum aut poliarchion confici consueuit. Cibis nutriendi sunt ut epatici. exerceri similiter debent & fricari. uitio adhuc perseuerāte coloris, omnibus amynticis imminebo. peregrinationis & solis calidi beneficio fustineri suadeo. aquis naturalibus æque uti conuenit. Si remotis accidentibus adhuc ille malus color perseuerauerit, naribus infundo elaterium, hoc est sucum agrestis cucumeris: infundo & betarum sucum: utrunq; mulieris lacte commixtum. Iuuantur interea utilius si hæ digestiones uel purgationes in balneis procurentur: in balneis inquam, ubi quammaxime epaticis potiones & cætera semper adiutoria profuerūt. nam illic etiam præcordiorum fotus continuo profuit adhibitus: & in cortice colocyntidis uinum calefactū, ibidem datum: profuit & struthij puluis in oenomeli similiter, & anchusæ puluis in modum unius cocleatis cum aqua calida, & lapati sucus in melicrato, & coctio radicum foeniculi, & cætera quorum est præcipuum diureticum

adiutorium. hanc ergo peculiarius potionē in balneis dare cōsueui: euphorbiū, bacca lauri, nitrum, piper, ex æquo contusum, & pro causæ uel uiriū qualitate in melicrato: & cum profuisset in plenā sanitatem imminui.

## DE SPLENETICIS XXVIII

IN plerisq; passionibus catholicis generaliter curis prius adhibitis, specialia uel partilia adiutoria melius adhibētur: unde & spleni nunc adiutoria prius ex catholicis ordinemus. oportet initium curæ ex ieiuniis & patiētia inchoare. Item cathartico uel phlebotomo releuare: post uero his specialibus adiutoriis spleni succurrere conueniet: aceto & oleo æqua mensura mmmixto calido infusis lanis sucidis fomentandū est: & spongiis posca calida infusis similiter locus uaporādus est, cui cinis ex foco tenuis aspergēdus erit. & lapides molares ignefacti aceto extinguuntur, & operti pannis loco imponuntur. & sacelli de salibus igneis impositi prosunt. & cataplasmata de hordei pollinibus in oximeli, cui admiscēdus est radicis capparis tunsę puluis. & emplastra hæc utilia superaddimus: gutta ammoniaci, nitrū, myrobalanū, myrra, sinapi, æqua ponderatione omnia miscēda sunt, & tēperanda cū pinguibus ficis, prius aceto coctis & contritis. Aliud emplastrū: hordei farina unc. III. fœnūgræcū unc. III. cardamum unc. I. herba parietaria unc. I. fici pingues unc. VI. cum aceto temperandū sicuti superius ordinatū est. Aliud de expertis

de expertis: cardamum unc. I. iris illyrica unc. I. gutta ammoniaci unc. I s. myrobalanum unc. I s. terebintina unc. I I. cera unc. I. oleum sicyonium unc. I I I I. acetum unc. V I. Aliud simile: cera pityina, pix brutiana, lib. II. auripigmentũ, alumen scissum unc. binę, aceti unc. IIII. olei libra una tantum: conficis & uteris ut consuetum est. aliud & spleni & epati conueniens in feruore utro-rumq; præcordiorum: crocumagma unc. I. cera lib. I. oleum roseum unc. V I I I. gutta ammoniaci lib. I. aceti quantũ sufficiat ad guttam ammoniaci dissoluendã. Hæc omnia emplastra uel malagmata conueniũt cau-sis splenis indignantibus, quibus expedit ab omnibus dulcibus abstinere. Sanè si splen duritiam adduxe-rit, quæ de hydropis nos superuẽtu plus terreat, etiam his potionibus imminendum est; acetum scilliticum in noctẽ in modũ unius coclearis sorberi debet: aquam calidam bibant, ubi ferrum igneum extinguitur: aut de utrisq; poscam temperatam accipiant. Vtantur de-coctionib. rapparis, aut lapatij, aut tamaricis, aut ubi forte myrtam infudens. In modũ palestræ feirari eos conuenit, cõmodius tamen si laborem libentius susti-nentes suis quammaxime manibus defricentur, gesta-tiones cursus & cęteros labores appetere oportet. Dro paces imponi o tempore competenti, & cætera quæ cy-clo conueniunt. Vti lauacris salsis & bitumineis natu-ralibus expedit, naturæ frequenter etiam mare plus

placet. Ieiunos accipere radices cum oximeli ac nomere cogo. prouidebo omnes diureticos cibos, uinum stypticum sumant. Dabo antidota diuretica, quibus & splen & epar frequentius procuratũ est ut est, apium, cicer, gramen, fœniculum aut semen eius, asarum, daucum, meu, petroselinum, puleium, & reliqua quibus antidotia uel decoctiones conficiuntur. Febricitantis splenecticis uinum uel acetum parcius ingerendum est: apyretos uero his subiectis potionibus iuuo: lupini amari tribus diebus in aceto infundũtur, & post eorum decoctionem unum coclear uel duo in noctem accipiant. hoc etiam ieiunis proderit. purgati uirides lupini cocti comesti satis iuuãt. Aliud: Cortex salicis arboris semper infructuosæ coqui debet in aqua, quæ accepta ut supra cõtexui cõtinuo medef. tunc & thuris masculi puluis uel ammoniaci æquis ponderibus colicularũ suco cõmixtus loco adpositus perseuerãdo satis ꝓderit.

## DE STOMACHI VARIIS ACCIdentibus. XXIX

STomachus de quo mihi nũc tractatus interponitur, origo est uel occasio facilis uiciorũ, quod omnium membrorum fortius sit dominium, reliquorum sibimet famulantium potestas uirium, quibus aut deficiunt aut recte ualent. Hic de subiectis accidentibus primo quantam molestiam sustineat, aduertendum nobis erit. Patitur defectũ causis aliquãdo incognitis,

patitur

patitur etiã post ægritudinẽ: sustinet constrictionem: patitur dolorẽ cum indignatione uel febribus, dunciã, uentositatẽ, fastidiũ, solutionẽ, bulimũ, uomitũ aliquãdo ex corruptela, ut etiã ex eo uẽtris effusione fangentur, indigestionẽ, calorẽ immensum, uel ardorẽ aut causona, ex quo sitim sustinet: molestissimũ frigorẽ, singultus, aliquando eum etiam colera nigra cum inflatione solicitant, ex eo etiam lumbricorum origo frequenter est procurata: quibus omnibus ex ordine adiutoria sic ordinare curauimus, Ergo stomachicos post ægritudinem prolixã stomachi defectus tenet; quos leues adhuc febriculę infestant, oleo absinthiaco calido fomentabo, aut nardino aut sicyonio aut cenãthino aut lentiscino cum uino mixto. Item epithema impono unicum de aloe & mastice & nardino cerotario: siue cataplasma de dactylis uel cydoneis coctis in uino cũ stypticis speciebus, sicut in epaticorum ordinauimus solutione. Sed considerandum est præcipue necubi ciborum præsumptio, quorum & qualitate & quantitate lædantur, & ex eo cibi uiribus in nullo profinant. Intendendum est itaq; ut & cõgruos & moderatos temporibus competentibus sumant. Si uero nulla sub hac ciborum modetatione deficiunt, purgatione opus est, qua humor, quisquis ille est superfluus hos defectus efficiens, omnimodo depurgetur. hos etiam & artomeli curo, his etiam & fœnumgræcum in uino coctum & tritum.

tritum cum adipibus anserinis impono. moneo interea odores insuaues esse uitãdos, semper stomachum peruertentes. attestatio manifesta est. nouimus enim hos semper bonis odoribus adiuuari. Cum ergo sine febribus plene esse cœperint, uiribus cõsulentes gestationes competentes indicimus: uina, lauacra, & caetera quæ post ægritudinẽ possint corpora reparare. Quos uero repentinus dolor stomachi comprehenderit, qui cum grauedine etiam scapulas & dorsum admoneat, faucium quoq; cõclusionem & ructus difficiles faciat, interpositis etiam febribus: bis phlebotomo conuenit subuenire. Item quietem & patientiã suademus. cibos & potus febrientibus leues proprijs temporibus subministro. fouemus calidis mediocriter & stalticis, non tamen frigida. cataplasmandi sunt de ordei farina in melicrato cocto uel dactylis mixtis. aliquando etiam meliloto. Item cerotario cyprino habenti masticem & castoreum, utor poliarchio quammaxime in dorso uel in scapulis, quibus partibus commodius adhiberi conueniet. frequẽter cucurbitas uentosas imponimus. Declinantibus febribus potiones iam paregoricas dabo, uel cyminum frictum cum apij semine. ex eo cõtusum & cribellatũ cocleare unum cum aqua: sic abrotanum cum uino dabo. Stomacho uero dactylos pingues in œnomeli coctos & contritos impono. & si adhuc dolor remanserit, lac bubulum uel asinæ his secundum

consuetudinem

consuetudinem confectum adbibebo. Si nulla hos sanè præcunte querimonia repentinus occupauerit dolor, hos continuo post cibos uomere conueniet, & eodem tempore uentosas accipere, & supradictis potionibus propensius imminere. Declinantibus doloribus decoctiones absinthij dabo: hieran indico pro uirium qualitate. gestationes & exercitia uel palestras, balneas & uinum cum moderatione concedimus, quibus uexatum corpus ad plenam ualetudinem ualeat peruenire. Si duricia innata fuerit stomacho ex priorib. languoribus, ficus pingues in melicrato coctas & tritas seminib. misceo, & ex his cataplasmabo cerotario. post uero nitro uel salibus utor. aquis naturalibus uti conueniet. olera cum cibis cæteris nec non & uinum partius dabo. Si uentositatis molestiam senserit, sicca fricatione iuuandi sunt. ieiunos uomere cõueniet, cibos pinguiores & calidiores accipere. potiones quoq; ex aniso, dauco, castoreo, absinthio pontico, sinone, pipere, bacca lauri, ruta, cymino, contusis, aut ex singulis, aut commixtis sibimuicem aliquibus aut omnibus, cum aqua calida in modum coclearij unius. adhibeo etiam epithemata confecta de seminibus potionum supradictarũ, mixtis cerotario. impono dropaces. adhibebo paroptesin utranq;. cætera adiutoria cycli etiã in dorso uel scapulis applicabo. Fastidio uero incidente locis conueniet habitare aeris salubritatem. temperatis sub

exercitijs uel fricationibus commodis non quiescant, absinthij decoctionem uel uinum absintiatū frequenter accipiāt. salsamētis omnibus nutriātur, acrimonijs, sinapi, aceto scillitico, & similibus cæteris quæ stomachi hanc ciborum recusationē ualeant extergere. Præter consuetudinē edacibus uero, hoc est bulimantibus ieiunia conueniunt. somni procurandi longiores, cibi insuaues & inflationem procurantes, & uini meri potio. Sanè si nauseando frequenter phlegmata & cibos incoctos excluserint, quo corpus non nutriendo tabidum fiat, hos cibis nutrio siccis & tostis. acrimonia omnia concedo, potum frigidum per roomenta pacum dabo: ieiunos uomere cogo. per uentrē humorem deduco catharticis, & calidis unguentis omnia membra retracto. absinthij decoctionem dabo: sucum stypticum maligranati aut solus aut hoc modo confectu ad suci mentæ uiridis partem unam tres partes maligranati suci admisceo, & coquo ut paulatim pinguefiat: & ex eo unum cocleare ieiuno pro eligmatio dabo. Si etiam coleram cum cibis uomuerint, omnia cum aqua frigida dabo, ubi myrtus uiridis decocta fuerit. Si unà etiam uētris effusione fuerint fatigati, malagranata X, cydonea X. in aquæ sextarijs V. coquuntur ut penitus maturescant, quæ postea exsucata separātur: sucus uero qui remanserit, ad mensuram partem mediam mellis accipiet, & coquetur ut eligmatium, & operabitur

similiter

similiter. Aliud: Myrtus uiridis in uino coquitur ut remaneat tertia, cui partem mellis similiter mittimus, & conficimus & utimur. Quibus uero phlegmate supernatante frequenter inacescũt cibi, his bubulam dari suadeo, & cætera agrestia carnosa similiter: post quę continuo aceti unum cocleare dari conueniet. omnes tunc amanssimæ ex absinthio expediunt potiones. nam & piperis & aneti semũcias singulas, cymini unc. III. tunsa & cribellata reponimus, & ex hoc puluere unum coclearium cum aqua calida potui damus. cum humanius hi profecerint, dabo picran, & exercitijs & gestationibus cõpetentibus imminebo, fricationibus, dropacibus, sinapismis, quibus stomachus siccatus à phlegmate liberari possit. Quibus calore nimium inquietatur, ut hęc eadem inflammatio stomachi etiam superficiem faciat plus calere, ut etiã coleram frequenter emittant, his hoc remedio succurrendum est: mastichis unc. II. rutæ siccæ unc. I. eorum pulueri ut trocisci fiant arnoglossi succum admisceo, & eos in singulis dragmis paro, ut ex his unum cum aqua calida accipiant. Si minor ardor fuerit, quem causona appellamus, sub quo angustijs interuenientibus & febrium augmenta fiunt, his aquam frigidam per interualla dari cõuenit, & similes cibos frigidos. articulos eorum manibus calefacio. decoctiones dabo cydoniorum, mespilorum, sorborum, maligranati, mentæ uiridis uel œnanthes.

Si etiam sitire uehementius cœperint, hoc remedio compescuntur: semen cucumeris dulcis unc. II. tragacanthi unc. I. in oui albo liquore infunditur, & cum se resoluerit, tunc seminis supra dicti puluis admiscetur: collyrijs ex eo factis, unū sub lingua dare habēdum: cuius paulatim humor uel succus liquefactus, perueniens ad stomachum sitim compescere ualeat. Aliud & uiribus expediat, si forte aquæ possunt inopia laborare: quod sine cuiusq; uexatione etiā febricitantibus frequēter ingessi: Sun glycirizę uncijs quatuor unā semis suprascripti pulueris misceo, & ouo similiter tēperabo & similit' adhibebo. Nā etiā sola oua cū uino data pat beneficiū præstant. Quibus autē phlegmatis infestatione stomachus infrixerit, calefactionib. unguētis calidis curādus est, & potione iuuādus superiori, ex mastice menta & arnoglosso, cui piperis & castorei singulæ unc. admiscendæ erunt. nam & cortex radicis feniculorum in aceti unc. XVIII. coquitur, ut illic omnem succum dimittat: & postquam corticē proieceris, huic aceto partem mellis miscebis, & coques, & uteris ut electuarium. Similiter iuuabunt & oxiporia confecta consuete: hoc est, ameos, careu, ligusticum, apij semen, in uteris singulis cribellantur: his miscentur piperis unc. II. & mellis despumati quod sufficiat ut pinguescat oxipotum temperatū. ex hoc & ieiuno & post cibos unū cocleare quotidie ministretur. Sanè singulas

tus frigidus phlegmate stomacho permanente si obuenerit, confectus puluis ex piperis uncijs tribus, & castorei uncia una, simul commixtis, unum cocleare in aqua calida dandum erit. Si de feruore autem ut tempore digestionis odor fumosus quidam, quem aliqui carbunculum appellant, & dolor hos singultus prouocauerit, continuo aquam egelidam bibentes uomant, & sternutamenta pro[...]rentur. & acetum si sorbeant, continuo sedantur. etiam papaueris radix massata frequenter singultus compescuit. eidem stomacho uaporis illius causa folia uitium trita impono. Cum uero nigra colera stomachum attentauerit, ut ex inflatione molesta cum aliquibus melancholicorum accidenob. publicetur, continuo inter initia spongiam cum aceto uiscido infusam eidem stomacho conuenit adhiberi, & hederæ folijs in uino coctis & tritis cataplasmari. Cibis nutriantur competenobus, aliqua iuscella pinguium gallinarum uel ungularum porcorum, phasianorum uel perdicum carnes accipiāt. Si illa uero inflatione necdum digesta, stomacho adhuc permaoserit tensio, poly herbæ decoctionem cōuenit accipere, aut calaminthæ mixto melle despumato.

## DE LVMBRICIS XXX

CVm uero interruptis stomachi humoribus, incompetentibus sæpe quoq; cibis præsumptis, seu per ægritudinem, seu certe sine febribus, lumbrici innati

 fuerint

fuerint, qui aliquando eundem ſtomachum, aliquoti-
ens inferiora, poſſideant. hos ſic excludendos eſſe ſua-
deo. Primo aduertendum eſt, tres eſſe differẽtias lum-
bricorum: ſunt rotundi & rubri, ſed minus noxij: ſunt
latiores & albidiores, moleſti: ſunt minuti & tenues, ut
uermiculi, ſed ſolicitiores. hi licet omnibus ætatib. ſem-
per naſci poſſunt, attamen frequenter infantibus fami-
liares ſunt. quibus date conuenit centauriæ decoctio-
nem uel abrotani uel ſandonici: & omphalũ ex lupi-
norũ farina, aut abſinthij pontici, aut melantij, aut ab-
rotani, in melicrato temperatum imponi, cui decoctio
ficorum admiſcẽda erit. dabo myxorũ decoctionem,
& eadem myxa comedenda permitto. Iuuenibus ue-
ro naſturcium cum melle coctum, dabo raphanos: ex-
pedit accipere & ſuccum eorum. dabo diamoron pro
eliminatio: & eadem mora cõueniunt. & ſinapi cũ oleo
tritum bene datur, & hydrelæon tepidũ ex ueteri oleo
temperatum, & ſucus ptiſanæ, in quo polypodium co-
qui debet. & cornu ceruini combuſti puluis cum melle
datus cõtinuo lumbricos excluſit. ſic mentæ uiridis de-
coctio, ſic rutæ, ſic caulium, ſic toris ſyriaci, & malorum
granatorum immaturorum. cataplaſma autem adhi-
bebo pulueris lupinorum incoctorũ, abſinthij, pinna-
rum combuſtarum, abrotani & melantij. nam & pul-
uiseatum pinnarũ cum aqua calida datus ſatis iuuat.
& omphalum uero his ex ſubiectis adhibebo: fel tau-
rinum

tinum cum melanthio & abrotano tritum cum lacte. mulebris ficus pingues aut dactylos tritos, cum melle despumato commixtos: & cerotarium in quo cymini pulius uel absinthij commiscendus erit. exercitia uero pro modo uirium frequenter adhibita proderunt. cibi dandi sunt digestibiles. & per intercualla clysteres acer biores adhibiti satis iuuant. Si illi latiores, qui molesti ores sunt, infestauerint, hos myrra pinguis accepta cō/tinuo excludit: & allium frequentius si comedatur, sic his etiam omnia acrimonia profuere. nam & uomere cogendi sunt, & continuo scamoneæ purgandi cathar tico, ubi elaterium, euphorbiū, piper nigrum, coccum gnidium, admisce. Ego uero & magistrorū experimen to & nostro, longo probato iam tempore hoc cathar/tico in his semper utor: scamoniæ unc. III. pinnarum combustarum unc. I. euphorbij unc. III. nitri pariter semuncia I. ex omnibus tunsis & cribratis cum melicra to aut uino dulci unū coclear semper dedi. Salubrius autem contingit, si ante diem purgationis allium cæte raq; accimonia in cœna accipiant, allium quāmaxime. his namq; & oleum bibere conuenit, sed uetustum & calidum, ut superius significauimus. Minutos uero & tenues ut uermiculos, etiā accepta myrra pinguis sem/per exclusit: his etiam per clysterem hoc expediet ad/hiberi. & omnes decoctiones superiores calidæ: & oleū calidum acceptū profuit: & roris syriaci sucus cū aqua calida

calida,& sisel cum melle insano, felle taurino uel cedria perungendus erit. Si stomachum uero diutius attenuauerint,& ibidem frequenter inquietudinem fecerint, semper sales in ore ferre conuenit, ex quibus humor liquefactus descendens stomachū & omnia intestina a lumbricorum molestia liberare possit. Omnia itaq; stomachi supradicta accidētia, quæ cum suis proprijs remedijs exposui, aut indignante stomacho obueniunt, aut quieto sedantur.

## DE DYSENTERICIS XXXI

DYsentericorū causa molestior est temporis prolixitate. frequēter enim uentris effusio corpora assidua uexatione debilitat. est namq; dysenteria, intestinorum ulceratio cum rheumatismo, quæ conatibus & ueluti desiderio egestionū suauiū assidue cogentium, debilitata membra consumat. Dysentericorum ergo adiutoria ex subiectis compendiose percurram: è quibus est cibus consuetus & potus, sunt potiones uel antidota,& cætera quæ nunc nobis ordināda erunt. Cibus inquam cōuenit, panis mundus siccus, aut cyprius aut alexandrinus uel potius africanus: suci ex alica, milio, oriza: quibus concoqui debet aut caprarum adeps aut gummi aut symphyton aut ros syriacus aut certe ichthyocolla. sic etiam lac bubulum conuenit accipere. oleum uiride his frequentius ministrandum est. experiunt interea caules decocti, plantago, portulaca, poly

gonus

gonus, ſymphytos: horum omnium quammaxime ſo lia uel molles cymæ oleo & aceto conditę. oua in aceto cocta ſorbilia conueniunt, & ex uitellis corum patellę: bellorum uero cum puluere gallarum aut roriſſyri aci. Piſces dand. ſunt capitones aut lepores aut mulli & cæteri ſicciores. caſeus uetuſtus proderit. ſin uero re⸗ cens libuent, lacte aſinæ in diplo angio cocto facito, & bubulū miſce. ſchiſton confectione iuuat ex lapidi⸗ bus fluuialibus. ſic etiam caprinum ſylueſtre facit, ſic caroes magis agreſtes & ſicciores expediūt. Iuuat pha ſianus in poſca coctus, palumbus, ſimiliter columbus matri ſubductus: turtures, lepores, & cætera ſylueſtria, ſicciora quammaxime & uolantia. quæ enim neq; ſali⸗ uarum neq; urinatum uſum habent, natura profecto ſicciora conſiſtunt. mala cydonea conueniunt in uino cocta, meſpila, malagranata paulo immatura, amigda la ſalſa, thebaici dactyli & his ſimilia. Potus licet pri⸗ mis diebus aqua bibenda ſit parcius, attamen cum ui⸗ num dandum, fuerit tyburtinum, ſurrentinum, marſi⸗ cum, ſiculum, in quibus ferrum igneum infundendum erit. Si uero confici uina placuerit, fit myrtite, fit œnan thinum, fit cum meſpilis, cum ſorbis, fit phœnicinum, quæ tamen omnia in uaſis picatis reponenda erunt. omnia quidē de cibis diſpoſitis percucurri, ſed utilius ſi unius ſpeciei ſubminiſtretur ut enim Hippocrates ait, mixti cibi & ſimiles ueluti ſibimet repugnantes in

ſtomacho, fieri bonas digeſtiones impediunt. Potiones uero uel antidota, ex cornu ceruino cõbuſto puluis in aqua aut in uino ſtyptico datus iuuat. ſic coagulum leporis in uino ſimiliter. ſic uentrium caponũ uel anſerum uel cæterarum agreſtium uolatilium membranæ combuſtæ interioribus conueniunt: & rotis ſyriaci & coſarũ flores & maligranati: & ſuci herbæ polygoni, acaciæ, hypociſtidæ, uti conuenit miniſtrandi ſunt: trociſci uero aut Andronius aut diaſpermaton, interim de expertis. Si putredo ulcera attentauerit, iniiciendus eſt atheneus ueluti cauſticus, ex auripigmento, calce uiua, ſandaraca, charta combuſta. confectus cum uino ſtyptico uel ſucis herbarũ ſimiliter conſtringentiũ. adiungitur frequenter etiam lac, in quo lycium indicum ſoluitur: & uinum, in quo cantabrum coquendum eſt aut ſyriacum aut cætera ſupradicta ſimilia. Potionibus uero ſupradicta conuenit aromatica commiſcere quamplurima, quæ ſtomachi uires nutriant. omnia etenim hæc etiam uentris poterunt continere ſolutiones. & diuretica dyſentericis proſunt, dum per urinæ meatum tranſfertur illius rheumatis deriuatio. nam & hypnotica ſufficienter cõueniunt, quæ ſomno reparatis uiribus corpora demiſſa conſtringunt. ſemper enĩ importunæ uigiliæ corpora rheumatiʒantia fatigarunt. ſi uero in ano infimo hæc uſtio innata fuerit, eius remedium in euporiſto noſtro inuenies. nam

etiam

etiam unguenta dysentericis sæpiùs profuerunt, sic ce/rotaria ex oleo melino, nardino, œnanthino, mastice, myrra, œnanthe, & cætera similia commiscendo. Ca/taplasmata ex dactylis, cydoneis, & cæteris mixtis sty/pticis temperata adhibeo: emplastra uel malagmata ut diatheon aut barbara, & cætera xerantica. hæc om/nia dysentericorum etiam cœliacis conuenire manife/stum est. Si conationes sanè uel pondera perseuerauerint, quas tenasmodeis appellamus, quæ frequenter procurant uentris deponendi suauitaté, uaporibus im/minendum est, super quos sedentium indignatio sæ/pissime mitigata est. qui aut ex fœnigræci decoctioni/bus, aut altheæ radicibus conficiuntur. nam & cerota/rio frequenter curati sunt ex adipibus anserinis cera & butyro. & picis brutiæ sæpe sedentibus post uaporem fumigia profuerunt. iniiciendi sunt aliquando oleo ro/seo uel myrteo, & in continenti lemniscus supponen/dus est in basilicon infusam cerotario ex oleo plũbato confecto: lana interea sucida superimponenda, quam anadesmus ex more continere debebit. Iuuabũt sanè etiam saccelli, uel cataplasmata sub eodem anadesmo perseuerãtia, de dactylis in passo tritis, aut hordei pol/linibus cum oximeli. Lac bubulum in potu datum iu/uat. Olera uero discocta conueniunt. Item ostrea cum melicrato cocta prosunt. puleiũ uero tunsum obuolu/tum in linteolo umbilico impositum sine mora mede/

bitur. Si lienteria obuenerit, quæ longo tractu effusionum ueluti quendam limum intestinis obducit, transitus rheumatismi, quod ex eo nulla penitus ciborum solennis ualeat digestio celebrari, sub alio nobis ordine curanda erit. Vtor acerbo clystere ex sucis ptisanæ, ubi aut colocyntida aut betarum radices coquendæ sunt, aut scamonea soluenda. Vtor etiam cathartico. Dabo cibos acerbos, & cætera quæ fuerint acrimonia, ut allium, raphani, cepe, napi, sinapi, piper, & omnia salsamenta. Imminebo interea exercitijs, quibus ualuerit, impono uentri cerotarium ex oleo laurino, cyprino uel sicyonio, habenti rutam uiridem, cyminũ, baccas lauri, nitrum, uel certe castoreum. impono poliarchion aut diaspermaton. aquæ tunc iam conueniunt naturales sulfureæ uel bitumineæ. dropaces & sinapismus & cætera cyclica adhibenda erunt. ex dysentericis enim lienterici facti, & uirium fatigatarum intuitu, & temporis prolixi præiudicio, difficile curabunt. nam ex his hydropes frequentius emerserunt.

DE HYDROPICIS XXXII

Hydropici uel cachectici simili sub diligentia uisitãtur. qui enim propè ex similibus præaccidentibus fiunt, æquali sub indignatione tumescunt. Hydropum ergo difficile & periculosum negocium est, difficilius tamen si indulgentius institutis corporibus superueniat. labore etenim nimio & continuis quassa-

tionibus

tionibus exercitiorum forsitan curabuntur. Hos frequenter febres pertinaces comitantur, quarum opportune temporibus obseruatis, cibos nos & adiutoria inferre conuenit. Febribus itaq; sub hac obseruatione desinentibus, iamq; exercitiis ex paruo crescentibus imminendũ nobis erit subinde, fricationibus solaribus quammaxime & cæteris uaporibus sudorem prouocantib. sub quibus omnibus tumentibus locis nitrum aut sales tritos aspergo. post exercitium uel labores cõtinuo oximeli dabo, aut raphanos ibidem infusos, quibus acceptis ex more uomere cogendi sunt. Lauacris tunc uti cõuenict, sed marinis, quibus ueluti membra laborantia foueantur. Interea acrimonia omnia & salsos cibos conuenit accipere, caules elixos cum salibus. panis parcitas, & potus quammaxime continentia. sitis etenim his procurata si animosius sustineatur, grande remedium est. Vinum licet per interualla, austerum tamen & diureticum dandũ est. Si uero multus eorum humor, ex putrefactis eorũ carnibus aggregatus, uentrem satis adimpleuerit, membris cæteris minutis. sacculos ex tostis salibus uel milio similiter sub umbilico locis admoueo. & arena calida in litore hæc loca detergere, maximum interdum est beneficium, aliqui etiam tritico siccati, iuuati sunt. interea tunc acetum scilliticum sorbere conuenit. nam & catharticum frequẽter dedi, & siccis fricationibus imminui, imposui emplasta re-

ßocatoria amyntica, maxime infantibus competẽtia. Adhibenda cataplaſmata deſiccãtia ex flore maligranati, & cæteris ſtypticis, cum lenticulę pollinibus paſſo & aceto temperata. aliqui uero ſcarificauerũt ſuras eorum, & altiores plagas fixerunt, de ſuperioribus humorem deriuare cupientes: & ſub umbilico paracenteſim frequenter adhibuerunt, per quam cõueniet exinanire, ſed paulatim & per interualla dierum, ne ſubita effuſio ſecundum Hippocratem continuo periculum faciat. Sanè potiones uel emplaſtra probata ſæpiſſime profuerunt, quibus aliqua compendioſius deſignabo. Emplaſtrum quod etiam ſpleneticis ſæpe profuit hoc eſt: fœnigræci unc. IIII. hordei unc. IIII. ſtercoris columborum unc. IIII. reſinæ frixæ lib. I. ceræ unc. VIII. acetum quod ſufficiat terẽdo pulueri, quod poſtea ſolutis admiſcendum erit. Aliud: ſemen myricis & galbanum ex æquo tunſa miſcentur, ſuperadditur quippiam olei, ut emplaſtri tẽperies fiat, quod perſeuerantius adhibendum eſt. Aliud: pilæ cypreſſi in uino coctæ & tritæ, axungię ueteri colatæ ex æquo miſcentur, & imponitur: quod ſi permanſerit, ſatis iuuat. Aliud: Ficus pingues tuſas libram unam, & nitri & abſinthij unc. ternas hyſopo cerato admiſce, ut emplaſtrũ temperetur, & uteris. nam & ſtercoris bubuli puluerẽ, hordei pollinibus mixtis cum oximelli coctis, cataplaſmabis. ſimiliter etiam de capratum ſtercore frequenter

adhibui

adhibui. Et unguenta sunt utilia hæc, quæ tumentibus partibus sub sole adhibita profuerunt: cymolia in aceto contrita, boum stercore cum nitro & oleo sicyonio mixto, & quippiã uini. nam etiam has potiones accipientes sæpe iuuati sunt: sambuci radicis sucus cũ oximeli datus est, & continuo purgando profuit cõpetenter. & euphorbij granum in ouo datum cum pane corpora hydropum aliquotiens similiter depurgauit. Aliud maius purgatorium: stercus columborum dragma I. rutæ semen dragmæ II. in œnomeli similiter dantur. Interea hæc omnia adhibenda erunt perseuerantibus exercitijs & laboribus catholice salutem procurãtibus, sub quocum perseuerantia hydropum poterit uitari periculum.

## DE RENUM VICIIS VEL VESICÆ. XXXIII

Renibus longo tempore dolentibus semper uapores fomenta & cataplasmata paregorica conuenerunt, diuretica uero tunc prætermittenda erunt. indignantibus enim & rheumatidiantibus renibus potionum semper transitus aduersatur. Declinantibus sanè doloribus beneficijs primo catholicis adiuuandi sunt, phlebotomo quammaxime fricationibus & unguentis paregoricis & siccantibus. his etiam dialimma & cyclicus ordo percurrendus est adiutoriorum. emplastra uero poliarchion aut diaspermaton sæpe con-

uenit: aut calaminta tunsa cum axungia imposita multum profuit. Dabo iam potiones ex storace, galbano, uua passa pingui purgata, mixtis diureticis aliquibus, ut petroselinum, meu, asarum, cyperum, daucum, amygdala amara cum melicrato. Dedi ego frequenter Iustianam potionem confectam. Interea oportet aquis uti dulcibus, sed naturalibus, & cibis nutriri omnibus digestibilibus. Dabitur etiam hæc potio, omnibus uesicæ uel renum caussis expediens: semen lini, papaueris, cucumeris dulcis, tragacāthū in uncijs singulis, amylū in duabus, tunsis, cum aqua diuretica tēperatis ut trocisci fiāt in dragmis singulis. Fit autem aqua diuretica omnibus probata, in qua decoqui oportet radices fœniculi & apiorum gramen & cicer uenerium. superadditur sæpe etiam asarum, & de superioribus speciebus quæ tempus aut locus habuerit. Aliud quod & ulcera curet & urinæ difficultatē aperiat: hyoscyami & agrestis maluæ semina in dragmis senis, apij semen unc. I. amigdalarum uel auellanarum semunc. singulæ: omnia trita in meliceato pro electario ministro. Sūt & cæteræ potiones, renum uel uesicæ occasione etiam splenis uel epatis aut hydropis molestias curantes, quarū in his omnibus experti sumus efficaciam: phu unc. I. celticę unc. I. dauci unc. I. cinamomi unc. I. piperis drag. VI. meu drag. VI. asari unc. I. petroselini drag. VI. opobalsami drag. VI. croci unc. I. glycirizæ drag. VI.

spicæ

spicæ indicæ drag. VI. casiæ drag. IIII. amomi drag. VI. uuæ passæ unc. I. tragacanthæ drag. IIII. & uino & melle potio temperetur & dabitur. Interea licet ex omnibus diureticis speciebus superius comprehensis uesicæ uel renum causas posse curari significatũ est: attamen quoniam speciale & hoc uitium est, urinæ conclusionẽ sustinere, huic etiam adiutoria specialia ordinãda sunt. Herba parietaria in aqua cocta teritur cum paruo oleo, & inguinibus applicatur. hoc etiam de gramine semper factum est. & samsucũ in aqua coctum similiter. nam ex his omnibus etiam sedentibus uaporem pari conueniet. cotyledon herba in uino cocta potui datur, & continuo dysuriam parefaciet. nam etiam mulieribus butyrũ uetustissimũ pro pesso adhibitum dysuriam curauit. & melicratum in quo immaduerint ireos & fœniculi radices & cardum coquitur, & datur ad urinarum impedimentum.

DE ARTHRITICIS PODAGRICIS ET ischiaticis. XXXIIII

Ex uno fonte uiciorũ hæ passiones deriuatæ sunt, sed locorũ uarietate nominibus disperatæ sunt. nam arthriticis ex omnium articulorum cõmutationibus subito initium passionis emergit: podagricis uero ex uno prius articulo est initiũ & principiũ, paulatim tempore serpendo grauius, omnibus postea neruis & articulis possidens dominatur. Ischiaticis uero ex uno

coxæ articulo tormenta suppeditant. fit itaq; rheumatismus, licet de phlegmate speciali natura frigido quãmaxime fiat, attamen aliis ex humoribus calidioribus infectus, etsi de factis calefacientes aliquãdo cõmotiones exuscitet. Frequẽter aũt hoc phlegma licet natura subpingue sit, unde est ulcerum sanies: attamẽ cum se inter articulorum cõiunctiones usu cõmotionum uiscauerit, tunc tardi gressus, tunc dolores uitandi, tunc tormenta grauiora succedunt. curantur etiam hæc omnia contrarietatibus suis: ut quod forte & sensu & actu calidum fuerit, frigidis interim adiutoriis abagmẽtis uelati prohibeatur: postea uero sequentibus cõmotionũ temporibus calidis chalasticis & amynticis recuretur, quibus ille humor uiscosus & pinguis interiora iã possidẽs, calefactus uel extenuatus ab articulis possit quatenus euocari. Item ut è contrario à pedibus uel articulis possit per cõmotiones frigẽtibus, quibus tumor est semper inflatus & pallidus color, omnibus incunctanter calidis supradictis adiutoriis & amynticis imminẽdum nobis erit. monitum te interea uolo frater charissime, quoniã generaliter interior omnis ubiq; dolor innatus, qui nexu quodam uel collisione humoris nentositatisq; colligatus efficitur, difficile aliquando frigidis reprimi poterit aut mitigari. Ergo quoniam uariæ emergunt species cõmotionum, quæ cui expediũt medicorum coniecturis uel iudicio indulgenda erũt: licet etiam

etiam in consuetudine sibi adhibitorum is qui patitur debeat iudicare, quem frequentes cõmotiones & adiutoria famulantia medicum effecerũt. Igitur quoniam rationabiliter omnia adiutoria, quæ ueluti calidis commotionibus adhibentur, uirtute chalastica & paregorica esse debent, quæ neruorum & articulorum nutrire & fouere ualeant loca, cõceditur ut frigida interim adhibeantur, quæ torporem magis in tempore quàm mitigationem præstare possint, quibus quidem utiliter primo releuari uident, postea grauius uehementiusq; affliĉtãtur. hoc etenim etiam nostri Hippocratis nos instruxit autoritas, quod neruos omnes semper adiutoria frigida nocuerunt. Ergo quoniam & causas & origines compendiose digessi, curæ nunc rationabiles & adiutoria ordinanda nobis erunt. Est namq; profecto, quod omnes ægritudines particulares totius sub corporis præiudicio cõmouentur: nã ita singula in corporibus membra nexu quodam familiari amplectuntur mysterio naturali, ut in singulis totius corporis substantia constet, & alteralterius auxilio gubernentur. Ideoq; nisi præceptis & adiutorijs catholicis primo iuuentur, aliter particulares causæ curari non poterunt. Qua de re erit nobis nunc curarũ præceptorumq; exordium disponendum. in sequenti etiam particulis famulabor. Conuenit in principio arthriticis podagricis uel ischiaticis, quibus de capite rheuma resolutum de-

scendens has passiones fecit, prius ipsum caput oleo roseo frigido uel cæteris similibus stypticis fomentando constringi & solidari, dehinc inferiora transitu eiusdem rheumatis uel sedulitate uexata, fotu olei calidi resolui uel depurgari. item cum meracij fricatione uel perunctione. phlebotomo prohibendũ, uinum penitus, uel pleno anno uetandum est. sic à carnibus polytrophis, sic ab usu uenerio cõtinendum. stomachi præ omnibus bona ualitudo custodienda est, quo accepti cibi facilius transigantur. uomitus hos non longa per interualla multum iuuat, aliquando post consuetos cibos, aliquotiens etiam ieiunis acceptis radicibus cum oximeli: hoc modo etiã bulbi ex aqua cocti operabuntur: hoc si etiam post cœnam allium accipiant, quod paruo interuallo aqua calida accepta uomatur. mutationes aerum uel prouinciarũ sæpe conueniunt: aquæ naturales calidæ uel uapores earum similiter. exercitia sanè & labores & fricamenta totius corporis procuranda erunt & appetenda. otiantibus etenim humores sic pradicti pinguiores effecti, etiam uexatis articulis dominabuntur. Igitur quoniam hæc adiutoria compendiose digesta sunt, ea moneo & suadeo custodiri debere. experti etenim sumus, quod pleriq; hæc cautius ab initio custodientes, podagræ uenturæ, seu potius iam præsentis, uiolentiã uitauerunt. præiudicatis uero iam tempore & manifestis podagricis cataplasmatib. semper

per in his causis appetendis, unguentis quoque uel em/
plastris seu cæteris adiutorijs consuetis, uti rectius est,
uel certe aliquibus physicis, magna semper potestate
præstantibus. Nunc uero transactis præceptis uel be/
neficijs catholicis, his custoditis etiam adiutoria singu
lis partibus ordinabo. Ischiaticis conueniunt præ om/
nibus frequẽtes uomitus, & cætera præcepta omnium
superiorũ. coxæ uero dolenti fotus olei sicyonij rutati
uel laurini adhibendus est, cataplasmata quoque natu/
ra calidiora. cucurbitis uencosis frequenter locus rele/
uandus est. acerbior clyster inijciendus est. ex hoc ete/
nim frequenter sanguis prouocatus ischiaticos libera/
uit. His phlebotomus in talo adhibendus est. uapori/
bus uel saccellis imminendũ est, ex puleio, salibus, uel
milio fricto. Si ueco stare uel ambulare non potuerint
acopis calidioribus sub sole ardente fricandi sunt, in
quibus & pix liquida & oleum sicyonium uel cætera
superius comprehensa miscenda sunt, ut sales, tapsia,
nitrum uel opopanax. itineris interea laboribus coa/
ctis iuuandi sunt. expedit etiam equi uectatio, expe/
dit iniectio in modica quantitate, ex oleo amaracino
aut irino uel laurino uel gleucino. Si uigiliæ sanè inter/
uenerint doloribus perseuerantibus, soporiferas inge/
ro potiones. Cũ uero minoratis doloribus causa mol/
lior fuerit, tunc utpote per dialimma dcopacibus sina/
pismis & cæteris causticis imminendũ est. dabo hie/

ran, dabo per cibos elleborum, quæ omnibus prodesse poterunt. Si catholicis præceptis rectius seruiatur, hæc etiam psialgicis rite conueniunt, quibus lumbi dolere consueuerunt. Igitur quoniam his passionibus supradictis ex una origine descendentibus ueluti diuersas cognouimus euenire commotiones, ut aliquando frigidas aliquando calidas patiantur, singulis hæc adhibenda erunt. Quibus uero sub calido tactu pedum dolor obuenerit, caulium folia in aceto cocta & contrita, & ouorum coctorũ media duo, pro cataplasmate adhibita, ueluti commotionis uaporem temperant, superaddito quippiam olei rosei; sed sæpius tepefacta immutanda sunt. & si cataplasmati consueto hyoscyami folia elixa & trita superaddas, par beneficium præstas. Aliud ad impetus eorum & uapores: tragacanthi unc. I. ex pridie in aqua infundes, item alia die teres, & superaddes eruginis & aphronitrorum alborum unc. singulas, & impones. Aliud: Lenticulam coctam teres cum oleo roseo mixtam, similiter adhibebis. nam & lactucarum folia trita cum infuso pane & adhibita magnum ad refrigerandum beneficium præstant. & opium & crocum æqua mensura cum lacte bubulo uel caprino contritum & impositum uel illinitum similiter operatur. & si ex oleo roseo cerotario misceatur, hoc idem erit. hęc de uapore dolentibus ordinaui. Cæterum frigentibus commotionibus uapores

pores, cataplasmata, unguenta chalastica uel paregorica, omnibus & nota sunt & consueta.

GYNAECIORVM CAPITA

# THEODORI PRISCIANI

## ARCHIATRI AD SALVINAM GYnæcia Liber Tertius.



NTELLEXISSE te non minus nobis arbitror, Saluina arte meæ dulce ministerium, omnem mei operis efficaciam, in quo immemor non sum præfationis meæ quod duobus libris parês causas proposui, phænomenon exposition officium, logico disputationem: sed non abest ab utroq; gynæciorum usitatio. & quia hæc ratio medendi indiget diligentia, solitaneum libellum confiniam de mulierum tura, in qua & remotum à publico spectaculo elongaui, & ego quidem te scientia iuuabo: tu uero cui communis competit sexus, & secretum facile inuenit, tuam scientiam cum fiducia exerce, sedulo gynæcio præposita, meo tractatu, tua diligentia.

### DE MAMILLIS POST PARTVM dolentibus. I

Mamillas cum tensione tumentes uel dolentes, quod post partum quammaxime mulieribus euenire consueuit, quas ex eo etiam grauis dolor inquietat, hoc ordine curare debemus. Per initia medio-

criter perstringentibus uti conueniet: id est, spongia molli infusa in posca, quæ leui anadesmo continenda erit. Sic etiam dactyli cum pane in posca infusi & contriti sępe par beneficiũ pręstitere. Si uero certa ratione lac prohibendum erit, cataplasmati superiori admiscendum est aut alumen scissum aut herbæ pulicaris semen aut coriandrum aut portulaca. nam & unguenta ex solis earum succis frequenter adhibuimus, pinna molliori loca tractantes. Si indignatio illa his minime potuerit prohiberi, & lactis aggregatio maximũ feruorem locis incusserit, tunc cataplasmatibus chalasticis conueniet imminere, ut est panis in melicrato infusus cum oleo dulci contritus. Similiter etiam de seminibus tam lini tam fœnigræci uel hordei aliquãdo singulis aliquando commixtis, cum adipibus sæpe porcinis recentibus in melicrato temperatis. Si autem põdus cataplasmatis tolerare nõ potuerint, cum spongijs uaporandæ sunt ex aqua uisci lini seminis & fœnigræci: & impositis continuo lanis in oleo dulci calidis infusis fouendæ erunt. Si saniem forte collegerit, iam suis temporibus & proprijs adiutorijs maturæ aperienda erunt, & sub una digestione possint curari. Si uero minime percurari possunt, transacto igitur impetu uel indignatione mãmarum simplex cerotarium adhibendum est usque in plenam sanitatem. Sanè si per eadem facta nutrire minime decreuerit, tunc cero

fectus & lassitudo sociatur, stypticis & mediocriter frigidis stringo. Quibus forte repentina commotio matricis innascitur, hæ musculorum omnium contractione & totius corporis dolore nimio quatiuntur. & hæ sæpe per interceptum uocis officium sub horrore casus ueluti paralyseos mentiuntur imaginem: quam passionem Græci hystericamnicam appellant. Quo tempore ad illa duo præsidia principalia, omnis conclusionis necessitatibus subuenientia, recurrimus: phlebotomi præsens beneficium & uentris purgationem: specialia uero fomenta olei dulcis calidi & aquarum chalasticarum & cataplasmata de seminibus ut diacylon, cetotaria simplicia ex salibus temperata & medullis, pessaria ex melle & butyro & liuiano, cæteraque quorum confectionem in subiectis adiungo. encolpismi uero ex sucis aut ptisanæ aut fœnigræci aut olei dulcis. his articuli & calefaciendi sunt & mollius constringendi. uentosis quoque admotis inguinibus uel fœmoribus recursus uel inclinationes matricis recorrigimus. fumigijs bene olentibus ad inferiora naturalia prouocamus. odoribus enim insuauibus repercutitur. minoratis uero supradictis accidentibus plena quoque declinatione manifesta, cōuenit iam exercitijs aptis sexui commoneri, & aeris uel locorum mutatione iuuari. His cibi humaniores, his iam lauacra concedenda. uini attamen semper sub moderatione percurandæ sunt.

 De infla

## DE INFLATIONE ET TENSIONE matricis. III

INflationem uel tensionem si longo tempore matrix ægra conceperit, omnibus superioribus chalasticis aptis constrictionibus imminebo, superaddens cataplasmatibus ficus tunsas, absinthij puluerem uel eius decoctionem: epithemata amyntica ex puluere lauri baccarum pyretri castorei nitri & caeterarum similium cerotario commixtarum. expedit frequenter poliarchio uti. encathismata uero uel uapores ex decoctionibus staphylini dauci pulej uel caeteris similiter diureticis procurabo. Inflationibus diu permanentibus artemisiam misceo, aut marrubium aut hysopum aut baccas lauri, aliquando cassiam & relticam, ex quibus etiam pessaria conficienda erunt. nam & ruta uiridi trita cum melle pessario semper utor temperato. superaddo nitrum uel aphronitra, puleium, ficus pingues purgatas & contusas, cuminum: sed earum sensum mordacem calidum lactis temperabo commixtione. si duriciam uero contraxerit, quam alibi mylen appellauimus: hanc primo sicut contra inflationem ordinando adiutorijs chalasticis contexuimus, imminendo soluere laboro. Omnibus itaque supradictis constrictionum accidentibus minoratis, iam conuenit ex paruo leues attentare gestationes: & sub certa declinatione passionis, adpetere iam lauacra, cibos humectiores

ctiores præsumere: & post resumptionē corporis, ante ticis tēporibus omnes ex ordine cyclicas disponere cu rationes. inguinib. adhibendo has semper solicitabūt, & iā ad lauacrotū frigidorū cōsuetudinē reuertemur.

DE ATRETIS IIII

Contingit interea certa & specialis hæc passio fœminarum: ut aut naturaliter aliquando clausæ nascantur: aut uulneribus præcedentibus cicatrice intercedente clausæ fiant: ut præsentis indignationis interuentu penitus concludantur. Quæ ergo causa præsentis indignationis obductæ fuerint, omnibus chalasticis adiutorijs ex lege soluendæ erunt. Sed si ex uulneris obducta cicatrice, aut nescio qua illa peregrina lege nascendi clausæ fuerint, quod tamen aut digitis aut oculorum fide possit probari, tunc à chirurgicis considerata mensura resecandę erunt: adhibita tamen ratione, ut hæc patefactio linteolis, aut alijs adiutorijs patefaciētibus diutius disterminetur, ne obductæ in se identidem scissuræ recentiores occasionem claudendi protinus sortiantur.

DE CONCEPTIONE V

Aliquæ mulieres, quæ uoto posteritatis longo tempore desideratæ afficiuntur, meditas acceterse, quas effectus elaboratæ conceptionis felices & peritas exhibuit. Nostræ itaque Saluina professionis communis hoc magis est tibi necessarium ministe

rium, quæ ex tuis officijs ſedulis in his maius experimentum habes, quantum aut gratiæ aut gloriæ accreſcat, aut medicæ promittenti, aut ſuſceptæ concipienti. Vnde licet inſcia non ſis huius curæ conceptionem procurantis: attamen diſpoſita tibi conſideratis omnibus ordinaui. Circa eam quæ curanda erit, prius inquirendum eſt, necubi orificium matricis aut inclinatum ſit, aut concluſum: unde aut modicis purgationibus aperientibus expeditum aut eo tempore purgationis internorũ dolore nimio conquaſſatur. Quod ſi forte ita res habet. phlebotomanda erit de talo quã maxime, quo ad inferiora uicinior materia prouocetur. Sic deinde ad ordinationem curæ aduertendum nobis erit. quæ concluſum prius moderate orificium patefaciet: ut purgatione ſolenni inoffenſe diſpoſita, & deſiccari & caleſieri matrix poſſit: his enim rebus ita diſpoſitis, conceptionis uota facilius ſubſequantur. Si phlebotomo adhibito needum tempus ſua ſecreta cognouerit, tunc oleo dulci uel anetino uel rutato inguina fouenda erunt: & preterea lana io eodem oleo calido infuſa contegatur. Tunc cataplaſmatibus chalaſticis calefacienda: quibus miſcebimus aut artemiſiæ puluerem aut dictamni: ex quorum aqua decocta frequenter uapores adhibemus. Nam & fumigia uaporatis partibus ſupponi conuenit, ex ſupradictis herbis, lapide gagate adiuncto. Si his omnibus recte adhibitis

hibitis naturalis circa purgationem ordo permanse-rit, matricis orificium mediocriter relaxato. Nam ad-iutoriis conceptiones procurantibus imminendũ est. & continuo cũ se purgatio inoffense peregerit, ex dia-cylon pessos uel liuiano cum nardino aut roseo oleo resolutos ordinabo, prius encolpismo uti conueniet, & post matricis delauationem, ex eodem medicamen-to spissiore pessarium adhibete. Hæc continuis die-bus x x x. adhibenda sunt, usque in diem uentutum alterius purgationis, quibus transactis liuiano nitrum conuenit commisceri, quod adhibendum est post en-colpismum ex subiectis speciebus disponendum, car-damum, dictamnum, artemisia, ireos, rutæ semen, omnia tunsa & cribellata oleo dulci & punon miscen-da sunt, ut ex his ante pessarium fomentum adhiberi possit. Commodius interea fiat, si huic fomento re-centes porcinos adipes aut anserinos admisceamus. post quod continuo pessario tali uti expedit. ficus pin-gues in aqua decoctas & tritas melle misceamus, & hoc pessarium supponamus. desuper uero liuianum superimponi cõuenit. dein de interiectis nitri glebam accipimus, & in modum balani collirium factum mol-li lana contegimus, quod super inlinitum liuiano im-ciemus: nullo enim remedio meliori innoxio aut cor-rigi matrix poterit aut purgari, quàm huius nitri sup-positione. postquam uero hæc adhibita, quæ suffice-re arbitror ad omnia corrigenda quæ impedimento

conceptui esse possint, iam uti inuueniet his duobus sequentibus pessarijs aromaticis conceptionem maturantibus. Fit autem prius hoc modo. cera alba, adeps gallinaceus, terebinthina & nardinum oleum. his omnibus ex æquo solutis coagulum leporis admiscemus, & hoc post encolpismum supponimus. Aliud uero omnibus experimentatum usibus sequēs hoc est. cassia, folium, spica indica, amomum, in uncijs singulis omnia cribellata cum staphilino aut nardino oleo accepto coagulo leporis admiscemus. & hoc pessario ordine adhibito, rite erit maturanda cōceptio. Iam nunc & superiorum pessariorum conuenit subiungere compositionem. Pessarium diacylon contra omnes conclusiones utilissimū & probatum. Lini semen, althea, foenumgræcū, omnia æquis ponderibus in uasum nouū mittimus, ubi oleum dulce & aquā æqua mēsura adijcimus, ut semina pertegant. quę cum molli napore coqui & bullire cœperint, undatio uel spuma quæ supernatauerit colligiť, cui anserinos adipes uel gallinaceos & cætera iungimus, ut pessario moderamentum faciamus. Sic nos diacylon pessariū conficimus. Quod solutius si fuerit temperatū, unguentū magnū chalasticū uel paregoricū faciet. Liuianum uero sic faciemus. cera punica unc. IIII. mastiche chia unc. II. storax unc. I. adeps anserinus unc. III. butyrū unc. III. medulla ceruina unc. IIII. nardinū oleum unc. IIII. hæc omnia secun-

dum

dum consuetudinem tunsa, soluta miscebimus, ut pessariũ fiat. Hæc est ordinatio curæ omnib. mulierib. concipere cupientib. adhibẽda, quã breuiter cõtexuimus. Sunt etiã alia plurima, ab alijs uatijs ex cõiecturis cõposita, quæ causticis adbibitis forsitan possint purgationẽ sanguinis extorquere. At ego blãdis magis q̃ causticis cõceptiõis causa procurãdas purgatiões suadere nolui. Cõmodius est. n. sic impẽdere officiũ medicinæ, ut cũ suscepta causa curari cœpit, alia nõ curet. Sunt & alia duo genera pessariorũ, quib. magister meus & purgationẽ inoffense, ꝓcurare se frequẽtius testaret, & cõceptiõis officia ꝑfecisse, quæ sic cõficiebat. opobalsami unc. I. peucedani unc. Is. aristolochiæ unc. I. myrræ & croci semũciæ singulę, medullæ ceruinę, adipis anserini ana unc. Is. seorsum quæ tundẽda sunt cribellant, & solutis ex more miscent, ut pessariũ fiat. hoc primo pessario exẽpto, mox tẽpore secretorũ post balneas supponendũ est, quod duab. horis cõtinendũ erit. post ue ro detracto pessario, bac sequẽti cõfectione suã physin uir illinire debet, & cõtinuo mulieri miscendus est. Sequens linimentũ hoc: opobalsamũ unc. I. opopanaces unc. I. thus masculũ unc. II. cinnamũ unc. Is, myrra unc. I. costũ semũcia, crocũ dragmæ VI. cassia drag. I. hæc similiter cõtrita oleo irino cõmiscent, ut paulo pinguius fiat. cũ uero utendi tẽpus aduenerit, post purgationes balneas & pessarij prioris usum uteris necessarie lini-

mento. Peregisse me arbitror quamplurimas sub constrictiõe mulierũ ægritudines, è quib. si quã forte minime cõprehēdimus, sub uno & simili beneficio relaxandæ erũt. uariæ etenim ꝓ causarũ tēporib. adiutoriorũ species proderũt, eadē attamen medēdi omnib. ratio.

## DE ABORSV VI

ABortiuũ dare nulli fas est. ut enim Hippocrates attestaẽ, tã dum reatus cõsciētia, medicorũ innocens officiũ nõ decet maculari. Sed quãdo matricis uitio aut ætatis propere frequēter partus euenire fœminæ periclitanẽ, expedit prægnantib. in uitæ discrimine cõstitutis, unius partus sæpe iactura salutē mercari certissimã: sicut arborib. arescentiũ ramorũ accõmodatur salutaris abscisio: & naues pressæ onere rũ graui tēpestate iactanẽ, solũ habēt ex dãno remediũ. Modũ breuiter huic loco adnectendũ continuo designabo. Si ergo necessitatib. urgentib. aut ætatis immaturæ aut uitiorũ superius cõprehensorũ, fœtus molliter subtrahēdus erit, sic cõsentio faciendũ, ut cataplasmatib. chalasticis artemisiæ sucum aut tunsæ pulueres misceamus, dictamni quoq; similiter. Sic aristolochiæ, sic rutæ seminis. Sic & fomētis ex supradictarũ specierũ decoctione factis uti cõueniet: & quæ scripta sunt in cura cõceptionis, ad sangoinē innoxie prouocandũ. His uero sequentib. remedijs duris forsan corporib. minus obfuerit uti, quæ uim sanguinis extorquētia, simul etiã ueni-

entes

entes fœtus pertraxere. Sucum rutæ uiridis potui de/
dere ad nenphyta excludēda. Hanc eandē rutam uiri/
dem cū nucib. rancidis & cū melle dedere, adseueran
tes pro pessario supponendā. Interea etiā myrrā & ar/
temisiā & uiolæ semen ex æquo cū suco mentæ potui
similiter post balneas dari debere adseuerant. Et lupi/
norū puluerē & uiolæ semen ex æquo cū semine men/
tę tentauere. Et trochiscos cū decoctione dictamni aut
artemisiæ dederūt. Alij panaces radicē, myrram, aloe,
æqualia cū suco mentæ dedere. Alij collinū supposito/
rium faciētes, sic se hæc innoxie extorsisse testati sunt:
myrrę, absinthij, ireos radicis, panares, singulas uncias
& gūmi uncias duas, in suco fœnigræci omnia infusa
cōmiscētes collinia uel balanos fecere, & post balneas
supposuerunt. Nam dictamnū cū uino tritū, post bal/
neas potui dabāt: & continuo penè iam maturas ani/
mas excludebāt. Nā & ouillū fel & maligranati sucū
dedere æque uiolentū. Sic fel taurinū, cum nitro cōbu/
sto, puluere hysopi, ceroto miscuere, & pro pessario sup
posuere. Itē hysopū, cerotū, nitrū, cyminū singulas un/
cias cū lacte mulieris, pessariū imponendū tentauere.
Nā & nostro pesso utebant, solas pingues ficus tūsas
balanū uel collinia supponētes, Quib. nos etiā nitri spe
ciem admiscuimus: sed innoxie ex hoc purgatio procu
ratur. Aliud inquiūt exclusoriū uiolentū. myrra, ellebo
rum, fel taurinū. ex hoc pessum supposuerūt. Itē aliud.

Myrra unc. I. firus pingues tritæ lib. I. galbanum unc. I aphronitrum unc. III. omnia trita cõmiscebant. cum usus exegisset, cum melle pessos tẽperabant. His itaq; & sternutamẽta adhibuere, ex elleboro, struthio, castoreo, tum mẽbris omnib. exagitatis fœtus facile extorqueri potuisse. Coacti etiã aliorũ scripta exegimus, illicita quidem, nec adeò sub illis necessitatib. salutaria, si uel importunis mensib. ingerant. Frequẽter ita reb. gestis, ut & uapore adhibitarũ specierum æmorragiæ prouenerũt, per quas exulcerationes penè inrutabilis cursus læsas fœminas occupauerunt. Ad hæc quibus ualemus tandem adiutorijs salubribus obuiamus.

DE AEMORRAGIA VII

AEmorragiæ matricis licet etiam ex alijs fieri soleant, attamẽ quia omnes sub una lege curãdæ sunt, subiectis earũ causis, adiunctis omnibus ut arbitror sub cõstrictione passionib. prætactis, ad resoluta ac sub effusione laborantia descendemus: quæ quãmaxime sæpe chronicarũ roore causarũ difficiles liberatu sunt. Vaporib. cõstringendæ sunt ex decoctione specierũ omniũ stypticarũ, quas etiã nunc subiũgo: myrti uiridis flos. maligranati cortices. & arboris pini cortices. & siliquarũ folia, uel baccæ lentisci. Similiter rosa sicca. galla. ros syriacũ. &c. similia. & encolpismis immi nere cõuenit ex croco, hypocistida, acacia, omphacio, lapide æmatite, lemnia sphragitide; omnibus tunsis. &

mixtis

mixtis decoctionibus supradictarũ specierũ aut sucis polygonij uel acoogloſſi temperatis post uero spõgia infusa in posca supposita muniendæ erũt, inguinib. uero lanas infusas sucis supradictis impones. Expedit interea omnib. superiorib. locis usq; ad mamillas cucurbitas stalticas imponere. Sic etiam inter scapulas diu perseueraturas, sed molliter detrahẽdas. Epithemata uero omnia staltica, quæ dysentericis ordinaui, imponenda sunt, quãmaxime ex dactylis thebaicis in uino, uel aceto decoctis, ex cetorario, commixtis speciebus quoq; quas nosti competenter posse constringere.

### DE VLCERIBVS MATRICIS VIII

SI ulcerata ex his matrix fuerit, quibus ulceribus internis putredo frequẽtius sociatur, aduertes ex egestionibus quatenus debeas causæ succurrere, adhibendo diachartu atheneu trocisco, ex auripigmento, calceuiua, sandaraca & charta combusta, & cæteris similibus ita confecto, & temperato ex sucis omnium specierum supradictarum.

### DE FLVXV RHEVMATIS IX

SI ex his fluxus perseuerãs sanguinis uel humoris cholera uariantẽ molestiã fecerit, quem nos rhuma appellamus, omnibus superiorib. imminendo cõstringendus erit uel siccandus. Si quis uero etiam potionibus curare uelit, habet has potiones à nobis similiter ordinatas. In his autem quæ sanguinem nonnuerint

aut dysenteriæ initio laborarint, si humanius res profecerit, ut uelut in chronicis mos fuerat aliquando commoueantur, aliquando sub blanda dimissione releuentur, quo tempore cycli nobis iam omnis ordo intêdendus erit, & accipiendus uomitus, prius frequentius adhibendo, quammaxime post radicum acceptionem, exercitijs paulatim imminendum est, aeris mutationibus appetêdis locis. Iisdem psilotron, pamptesin, dropaces, sinapismon, adpono: quibus omnibus perseuerando uim magnam rheumatis magnis ualeamus adiutorijs superare. Si sanguineus & cum dolore fluxus fuerit, etiam phlebotomo eas expedit releuare, omnibus his supradictis stypticis imminendo.

### DE GONORROEA X

Aliquando etiam spermatis spôtanei & importuni fluxu fœminæ fatigantur, quod Græci gonorrœan appellant. Hæc quæ in uiris hoc uitio laborantibus superius ordinata sunt, etiam fœminis conuenit adhiberi. Ordinata gynæciorum dispositione, sufficere arbitror principalium passionum constrictionis & relaxationis causas, ex paruis omnibus adiutorijs competenter adiunctis. Cætera uero quæ artis officio parturientibus aut disponenda sunt aut facienda, usu magis quàm lectione debes aduertere.

Basileæ in officina Frobeniana per Hieronymum
Frobenium & Nicolaum Episcopium
M. D. XXXII


FRO BEN.